
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
39 M G
48



9.-2.c.26

P.11532

Digitized by Google

~~A. 12. 30~~
~~B. 7. 126~~
A. 6. 87

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTITIA EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI:

In quâ Christianae Religionis amplitudo elucet.

LIBRI V.

Avbertvs Miræus Bruxellenſis,
S.Th.Licent.Canonicus & Sigillifer
Antuerpienſis publicabat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Antverpiæ,
Ex Officina Plantiniana,
Apud Viduam & Filios Io. Moreti.
M. DC. XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLMO AC REVMO DOMINO

D. GVIDONI BENTIVOLO

RHODIORVM ARCHIEPISCOPO

ET

APVD BELGAS

NVNTIO APOSTOLICO

cùm poteſtate Legati à latere.

ECCLESIÆ Politia, quâ nihil illuſtrius aut laudabilius, verè vinculum eſt ac fulcrum, quod orbem Chriſtianum vniuerſum ligat ac ſuſtinet. Vnum ea ſemper habuit caput ac principem ROMANVM PONTIFICEM, legitimum CHRISTI in terris Vicarium, Petrique

Digitized by Google

Apoſtolorum anteſignani ſucceſſorem. Huic proximi olim PATRIARCHÆ quattuor primarij: ſed longo proximi interuallo. Sequuntur METROPOLITANI ſiue ARCHIEPISCOPI, & longâ ſerie EPISCOPI. Singulis ſuæ diœceſes, prouinciæ, parœciæ ſunt adtributæ & commiſſæ. Diuiſionis huius typos ac formas Eccleſia à Republicâ Romanâ, *quâ nulla nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit*, magnâ ex parte eſt mutuata: adeò quidem vt veteres prouinciæ eccleſiaſticæ cum ciuilibus ferè cōueniant: quod ante nos & alij obſeruarunt.

Liu. 1.

Sacræ iſtius Politiæ fundamenta primis iacta fuere ſæculis: cultu deinde Chriſtiano publicè per Imperatores ſtabilito, facies tota paullatim

tim magis noſci cœpta. Cuius quidem lumen apud extremos hodie Indos, & alio Sole calentes Antipodas effulget: quò populi Romani nomen numquam penetrauit. O felix ROMA, gentium domina, & fato quodam ad imperium orbis terrarum nata! Mira profectò DEI in te benignitas. Cùm armorum vim eripuit, ſupremam legum auctoritatem adtribuit: nimirum *ut ciuitas ſacerdotalis & regia, per ſacram beati Petri ſedem, caput orbis effecta, latiùs præſideres religione diuinâ, quàm dominatione terrenâ.* *Leo Papa ſerm. 1. de natali SS. Petri & Pauli.*

Quis porrò veteris, quis mediæ, quis noſtræ ætatis ſit ſtatus, quæ Eccleſiæ politia, hoc libro breuiter iimus commonſtratum. Nec diu nobis deliberandum fuit, cuius tu-

telæ eum offerremus ac conſecraremus. Tibi, ILLME ac REV^{ME} ANTISTES, iure meritiſſimo debebatur. Argumentum video? ſacrum eſt atque eccleſiaſticum. Tu in Belgicâ noſtrâ ſacrorum tutor es ac præſes; à PAVLO V. Pont. Max. ad Ser^{mos} Principes noſtros ALBERTVM & ISABELLAM Legatus publico bono miſſus. Quòd ſi ſplendor aut fama operi ab illuſtris præſcriptione nominis quærenda eſt: poſſúmne magis inclytum nomen quàm BENTIVOLORVM præferre? Nota ſunt quæ de nobiliſſimâ gente veſtrâ *Philippus Beroaldus*, & alij litteris conſignarunt. Iam ſi virtutes tuas, animique dotes expendimus; quis omnibus pietatis, modeſtiæ, prudentiæ ac doctrinæ nume-

numeris magis abſolutus? Quo fit, vt Te velut ſidus quoddam nos Belgæ omnes & inſpiciamus ſimul, & ſuſpiciamus: & tamen accedamus, ſingulari illâ humanitate, quæ in tanto faſtigio propria laus eſt tua, inuitante atque alliciente. Itaque vt benignitas tua communiter in omnes, priuatim in Reu^mum patruum meum piæ mem. IOANNEM MIRÆVM, Antuerpienſium Antiſtitem fuit, & in me eſt, quamquam immerentem; à deuotiſſimo animo hoc etiam tenue accipies perpetuæ gratitudinis monumentum, quod pro confeſſoriâ, non liberatoriâ ſit tabellâ. Referre enim non eſt in meâ manu: nec habeo quod rependam, præter vota & grates. Vouemus autem atque optamus,

ILL^{MI} DOMINE, vt maiorem ac latiorem virtutibus tuis campum Deus aperiat, Eccleſiæ ac Reipublicæ Chriſtianæ commodo. In quo voto finio. Antuerpiæ, III. Kal. April. cIↄ. Iↄc. XIII.

ILL^{MAE} ac REV^{MAE} D. V.

ſtudioſiſſimus

AVB. MIRÆVS.

AD

AD LECTOREM BENEVOLVM.

HABES, *mi Lector*, ECCLESIAE CATHOLICAE *vniuerſæ* AMPLITVDINEM, *exiguo volumine comprehenſam. Sic orbem terrarum vnius tabulæ anguſtiis Geographi includunt, aliquanto fortaſſe magnitudinis detrimento, nullâ veritatis iniuriâ. Sed in eâ tamen breuitate Eccleſiarum præſertim illuſtrium origines, progreſſus, ac viciſſitudines pleniori interdum narratione explicuimus. Multarum vigiliarum, magnique laboris opus: vtinam tam felix ac gratum, quàm pium debitumque Eccleſiæ matri officium! Omnium pænè gentium hiſtorias ſtudioſè euoluimus, antiquitatis ſacræ ac profanæ monumenta ſeriò ſcrutati ſumus, ſchedas publicè ex templorum tabulariis,*

priuatimque ab amicis acceptas diligenter excuſſimus. Prouinciis, urbibus, opidis, aliiſque locis vetera nomina reddidimus, & veteribus noua adiunximus, ad lucem faciendam. Breuiter, felicioribus ingeniis viam patefecimus & campum, vbi eruditionem multiplicem oſtentent. Nobis cœpiſſe ſit ſatis: alios certè ad nobile iſtud argumentum magis illuſtrandum prouocaſſe; fructus erit, ut ſpero, longè maximus. In tantâ porrò rerum varietate ſi, ut fieri amat, uſpiam offendiſſe, ſi quid prateriiſſe, aut non ſatis explicaſſe videbimur; vbi monueris, Lector candide (quod ut facias, maiorem in modum rogamus) libenter emendabimus, & gratiam publicè priuatimque reponemus.

IN-

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

CAP. I. *Quinque primarij Patriarchæ orbis Chriſtiani.* Pag. 1

II. *Patriarchatus Romanus: Occidentis Diœceſes. Italiæ Prouinciæ & Archiepiſcopatus.* 3

III. *Illyrici Prouinciæ & Archiepiſcopatus.* 6

IV. *Africæ Prouinciæ ciuiles, & ſacræ.* 7

V. *Galliarũ veteres Prouinciæ & Archiepiſcopatus. Item Belgij, Germaniæ, vicinorumq́ Regnorũ Archiepiſcopatus.* 9

VI. *Hiſpaniarum veteres Prouinciæ & Archiepiſcopatus.* 12

VII. *Britanniarum veteres Prouinciæ. Item Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Archiepiſcopatus.* 13

VIII. *Patriarchatus Conſtantinopolitanus.* 14

IX. *Macedoniæ & Daciæ Prouinciæ.* 16

X. *Metropoles & Archiepiſcopatus olim Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiecti.* 19

XI. *Patriarchatus Alexandrinus. Aegypti item Prouinciæ.* 24

XII. Pa-

XII. *Patriarchatus Antiochenus. Sedes Metropolitanæ, itemq́; Archiepiſcopatus illi olim ſubiecti.* 25
XIII. *Patriarchatus Ieroſolymitanus. Sedes Metropolitanæ, itemq́; Archiepiſcopatus eidem quondam ſubditi.* 28
XIV. *Minorum gentium Patriarchæ.* 31
XV. *Orientalium Chriſtianorum Patriarchæ varij. Iacobitarum Patriarcha: horum item hæreſes & errores.* 35
XVI. *Neſtorianorum Patriarchæ duo; vnus ſchiſmaticus in Muſal commorans; alter orthodoxus, qui eſt Chaldæorum Aſſyriorum. Schiſmaticorum hæreſes & errores.* 37
XVII. *Armeniorum Patriarchæ duo. Schiſmaticorum errores.* 41
XVIII. *Ex Orientalibus Patriarchis & populis qui orthodoxi, qui ſchiſmatici.* 43
XIX. *Maronitarum in monte Libano, & Cophtorum in Aegypto Patriarchæ.* 50
XX. *Franc-Armeni, homines Chriſtiani ritus Latini, in Armeniâ maiore.* 51
XXI. *Georgiani, Aethiopes Orientales ſeu Abyſsini, Tartari, Thomæi, aliјq́; Chriſtiani.* 53
XXII. *Catholici & Primates qui olim & nunc dicti.* 57

XXIII. Me-

XXIII. *Metropolitani & Archiepiſcopi an iidem: Pallium quid. Epiſcopi ſuffraganei duplicis generis.* 60

LIBER SECVNDVS.

CODEX PROVINCIALIS VETVS. 65

LIBER TERTIVS.

De veteri ſtatu quattuor PATRIARCHATVVM ORIENTALIVM.

CAP. I. *Patriarchatus Conſtantinopolitanus: ex Diſpoſitione Leonis Imp. C. P. cognomento Philoſophi ſeu Sapientis, qui anno Chriſti* IↃCCC. LXXXVI. *cœpit imperare, & imperauit annos* XXII. pag. 102

II. *Andronici Palæologi ſenioris Imp. Expoſitio, quo ſe ordine habeant Metropoles Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiectæ.* 116

III. *Patriarchatus Alexandrinus.* 131

IV. *Patriarchatus Antiochenus: ex ms. codice Græco Guilielmi Sirleti, S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarij Apoſtolici.* 133

V. *Patriarchatus Ieroſolymitanus: ex ms. codice Græco Card. Sirleti.* 145

VI. *Patriarchatus Ieroſolymitani ſtatus ſub Latinis.* 153

LI-

LIBER QVARTVS.

CODEX PROVINCIALIS NOVVS, *in quo Metropolitanæ & Epiſcopales ſedes; iuxta præſentem* ECCLESIÆ *ac Regnorum in orbe Chriſtiano ſtatum, breuiter recenſentur.*

CAP. I. *Italia. Pontificia ditio.* 157

II. *Regnum Neapolitanum. Paret hodie Catholico Hiſpp. Indiarumq́; Regi.* 163

III. *Sicilia, Sardinia, Inſubria. Parent Regi Catholico.* 172

IV. *Pedemontana ditio, & Sabaudia. Parent Duci Sabaudiæ.* 174

V. *Etruria. Paret Magno Etruriæ Duci.* 175

VI. *Liguria. Paret Reip. Genuenſi.* 177

VII. *Vrbinenſis ditio. ſub dominio Ducis Vrbinatis.* 178

VIII. *Venetorum ditio. Per Italiam, Iſtriam, Dalmatiam, Illyricum, Græciam, inſulaſq; prouinciis iſtis adiacentes.* 178

IX. *Cyprus. ſub Turcarum Imperio.* 182

X. *Dalmatia & Illyricum. Partim ad Hungariæ Regem, partim ad Rempub. Raguſinam, partim ad Turcas ſpectant.* 183

XI. *Bulgaria & Græcia. ſub Turcarum imperio.* 184

XII. *Ar-*

XII. *Armenia. ſub imperio Perſarum.* 185
XIII. *Hiſpania. Paret vniuerſa Regi Catholico.* 186
XIV. *Gallia ſiue Francia. Paret Regi Chriſtianiſſimo.* 193
XV. *Venuxinus Comitatus. Pontificiæ ditionis.* 201
XVI. *Belgium ſiue Germania Inferior. Spectat ad Ser^mum Albertum Auſtriæ Archiducem, &c.* 202
XVII. *Germania. Imperatoris Rom. Imperium agnoſcit.* 203
XVIII. *Bohemia & Hungaria. Parent Matthiæ Auſtrio, Romanorum Imperatori.* 209
XIX. *Polonia. Habet Regem proprium.* 211
XX. *Valachia. Habet Principem proprium, regni Poloniæ beneficiarium.* 214
XXI. *Moſcouia. Paret ex parte Regi Poloniæ: pars altera eſt penes ipſos Moſcos.* 214
XXII. *Britannia. Paret vni Regi vniuerſa.* 216
XXIII. *Dania. Habet Regem proprium.* 221
XXIV. *Suecia, vulgò Suedia.* 222
XXV. *India Orientalis. A Luſitanis ſubacta eſt, & paret nunc Regi Catholico.* 223
XXVI. *India Occidentalis ſiue Orbis Nouus. A Caſtellanis eſt ſubactus, & paret Regi Catholico.* 224

LI-

LIBER QVINTVS.

GEOGRAPHIA ECCLESIASTICA : *in quâ Epiſcopatus, ſiue Vrbes titulo Epiſcopali illuſtres, alphabeti ſerie digeſtæ leguntur; & de Eccleſiarum maximè illuſtrium originibus, progreſsibus ac viciſsitudinibus breuiter diſſeritur.* 228

NOTI-

Digitized by Google

NOTITIÆ EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quinque primarij PATRIARCHAE *orbis Chriſtiani.*

IAM inde à primis naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ exordiis, tres exſtitere ſedes Patriarchales, S. Petri Apoſtolorum principis auctoritate in præcipuis orbis Romani ciuitatibus conſtitutæ; nimirum ROMANA, ALEXANDRINA, & ANTIOCHENA. Acceſſit pòſt CONSTANTINOPOLITANA, decreto [a] Conſtantinopolitani &[b] Chalcedonenſis Concilij; ac demùm IEROSOLYMITANA, decreto Chalcedonenſis &[c] quintæ Synodi œcumenicæ. Ambitione tamen Patriarchę Conſtantinopolitani, ordo poſteà mutatus: qui vrbis regiæ dignitate ſubnixus, ſecundam ſedem quodãmodò inuaſit. Conſtat namq; Patriarchas ipſos occultè primùm,

[a] *Annò* 381.
[b] *Anno* 451
[c] *Anno* 553

Digitized by Google

mùm,mox palàm nihil non molitos,vt quem arripuerant honoris gradum, ſibi retinerent.

Pręcipuum autē CONSTANTINOPOLITANI Patriarchatus præſidium ac firmamentum in Conſtantinopolitani & Chalcedonēſis Conciliorum decretis ſitum videtur. Quę quidem vt approbaret Leo Pontifex Maximus, ipſius etiam Synodi precibus induci numquam potuit. Animo nimirum præcipiebat vir ſapientiſſimus, quantum detrimenti noua hæc dignitas Reipublicæ Chriſtianæ aliquando eſſet allatura. Hinc ſuperbè atque arroganter vſurpatum poſtea à Patriarchis Conſtantinopolitanis *Oecumenici* nomen. Quibus de rebus vide Onuphrium Panuinium Notis ad Platinam in Bonifacio III. Papa, Baronium in Annalibus, & Bellarminum in libris de Rom. Pontifice.

Ad IEROSOLYMITANÆ vrbis Epiſcopum quod attinet, fuit is pręcipuo quodam honore antiquitus ornatus; ſic tamen vt Cæſarienſis Antiſtes (quod Nicæni Concilij Canon VII. diſertè teſtatur) omnia Metropolitani iura retineret. Sed peruicit tandem fauor Eccleſiæ antiquiſſimæ, & poſt multos demum labores Ieroſolymitano Epiſcopo (vt in actis Concilij Chalcedonenſis legitur) titulus Patriarchæ eſt datus: repugnante tamen ſemper Leone Magno, acerrimo Concilij Nicęni propugnatore,

tore,vt illius Epiſtolæ nos docet. Quapropter exiſtimant nonnulli, ante quintam Synodum Oecumenicam, quæ Iuſtiniani Imp. æuo coacta eſt, hanc dignitatem ſtabilitam non fuiſſe. Teſtem habent Guilielmum Tyrium, lib. XIV. cap. XII. De bello ſacro. Quæ ſententia iiſdem prorſus verbis deſcripta eſt in Codicis Prouincialis Romani exemplaribus manuſcriptis & editis.

Itaque Iuſtiniani demum æuo, id eſt poſt annum Chriſti quingenteſimum, cùm Imperatoris operâ tum Romanorum Pontificum permiſſione, CONSTANTINOPOLITANVS & IEROSOLYMITANVS, nemine ampliùs reclamante, in Patriarcharum numero ſunt habiti: vt Bellarminus lib. I. De Romano Pontifice cap. XXIV. eruditè diſſerit.

CAPVT II.

Patriarchatus Romanus. Occidentis diœceſes. Italiæ prouinciæ, & Archiepiſcopatus.

QVINQVE igitur præcipui orbis Patriarchæ à multis retrò ſæculis iſti ſunt habiti, ROMANVS, CONSTANTINOPOLITANVS, ALEXANDRINVS, ANTIOCHENVS, & IEROSOLYMITANVS. Omnium princeps Romanus: adeoque *Patriarcharum Epiſcopus* à Caſ-

ſiodoro, Variarum lib. IX. epiſt. XV. & eâdem ſententiâ, *Pater Patrum* à magno illo Athanaſio, aliiſque Epiſcopis, epiſtolâ ad Liberium, meritò nuncupatus. Huic, præter ſummam vniuerſæ in terris Eccleſiæ pręfecturam ac procurationem, totius inſuper Occidentis cura peculiaris incumbit. Habuit autem Occidens omnis ſex olim diœceſes: *Italiam, Illyricum, Africam*, quas Præfectus prætorio Italiæ; *Gallias, Hiſpanias*, & *Britannias*, quas Pręfectus prætorio Galliarum adminiſtrabat. In Italiâ decem & ſeptem fuere, omnium ferè conſenſu, prouinciæ: *Campania, Tuſcia cum Vmbria, Picenum, Flaminia, Aemilia, Venetia, Liguria, Sicilia*, quæ octo à Conſularibus regebantur; *Samnium, Valeria, Sardinia, Corſica, Rætia prima, Rætia ſecunda, Alpes Cottiæ*, quæ ſeptem Præſidibus ſuberant: itemque *Apulia cum Calabriâ*, & *Lucania cum Bruttiis*, quæ Correctoribus obtemperabāt. Sic Onuphrius in Deſcriptione Imperij Rom. li. III. At Paullus Diaconus decem & octo numerat. Et ſanè *Alpes Graiæ*, in Sconhouiano quoque prouinciarum Indice (ſic nuncupo incerti auctoris Indicem, ab Antonio Sconhouio Belgâ, cum Eutropij hiſtoriâ Romanâ primùm, pòſt ab amico noſtro Andr. Schotto, cum Antonini Itinerario editum) Italiæ adſcribuntur. Sed eas cum *Pœninis* coniunctas in Galliarum diœce-

Patriarchæ Romano ſubſunt Occidentis diœceſes.

Italiæ prouinciæ.

diœceſi collocant Notitia Imperij (quam Mariano Scoto nonnulli adſcribunt, at nullo teſte idoneo) & omnes Gallicæ Deſcriptiones. Atque ita non eſt quòd Italicarum prouinciarum numerum augeamus. Miror tamen in Sconhouiano Indice omitti *Valeriam*, quam Arcadius & Honorius Impp. *l. vlt. C. Theod. quib. equor. vſ. conceſſ.* Italiæ prouinciis adnumerant. De his & aliis eôdem ſpectantibus conſule Guidi Panciroli commentarios in Notitiam Imperij, & Philippi Berterij Pithanôn Diatribas.

Ceterùm in Italia viciniſque inſulis, XL. ferè Metropolitani ſiue Archiepiſcopi (adeoque totidem prouinciæ, iuxta phraſim ſacrorum Canonum) hodie numerantur. Nam præter Romanũ Pontificem, Patrum Patrem, vt dixi, ſunt hodie in ditionibus Pontificiis, Archiepiſcopi *Rauẽnas, Bononienſis, Firmanus*; in regno Neapolitano, *Neapolitanus, Capuanus, Salernitanus, Amalphitanus, Surrentinus, Compſanus, Acheruntinus* ſeu *Materanus, Tarentinus, Brundiſinus, Hydruntinus, Barenſis, Tranenſis, Sipontinus, Theatinus, Lancianenſis, Rhegienſis, Conſentinus, Roſſanenſis, San-Seuerinas, Beneuentanus*; in Etruria, *Piſanus, Senenſis, Florentinus*; in reliqua Italia (præter Patriarchas Venetum & Aquileienſem) *Mediolanenſis, Genuenſis, Vrbinas, Tarantaſienſis, Taurinen-* *Italia Archiepiſcopatus.*

ſis; in Siciliâ, *Panormitanus*, *Montis Regalis*, *Meſſanenſis*; in Sardiniâ, *Calaritanus*, *Turritanus*, & *Arborenſis*.

CAPVT III.

Illyrici prouinciæ, & Archiepiſcopatus.

ILLYRICI ſeptem ſunt prouinciæ, in Sexti Rufi Breuiario (quod Valenti Imperatori auctor dicauit) & Indice Scõhouiano; *Dalmatia*, *Pannonia prima*, *Noricum mediterraneum*, *Noricum Ripenſe*, *ad Danubium fl. Pannonia ſecunda*, *Sauia*, & *Pannonia tertia*, ſeu *Valeria*, à Diocletiano inſtituta, filiæque nomine inſignita. Dalmatiæ metropolis fuit *Aquileia*; Pannoniæ primæ, *Sirmium*; Pannoniæ ſecundæ, *Sabaria*, S. Martini Epiſcopi Turonenſis patria; Norici mediterranei, *Iuuauia*; Norici Ripenſis, *Laureacum*, niſi fallor.

Illyrici itaque Occidentalis prouincię olim ſeptem fuere, à nobis iam commemoratæ. Illyrici autem Orientalis, Macedoniam & Daciam comprehendentis, vndecim fuere prouinciæ, infrà cap. IX. à nobis enumerandæ. Quo fit, vt XVII. aut XVIII. Illyrici prouincias nonnulli conſtituant; de vtroque nimirum Illyrico, Orientali & Occidentali, loquentes.

Hodie, pręter Aquileienſem Patriarcham, in

ı Illyrico latè iuxta veteres ſumpto viciniſ-
ue locis ſunt Archiepiſcopi *Raguſinus, Dyr-
achinus, Antibarenſis, Spalatenſis, Iaderenſis,
'orcyrenſis, Colocienſis, Strigonienſis,* & *Saliſ-
urgenſis :* quorum poſtremus nunc inter
Germaniæ Archiepiſcopos locum habet;
lij duo poſteriores regno Hungariæ ad-
:ribuntur.

CAPVT IV.

Africæ prouinciæ ciuiles, & ſacræ.

IN Africa ſex prouincias, *Carthaginienſem, Bizacium, Numidiam, Tripolim, Mauritaiam Cæſarienſem,* & *Mauritaniam Sitifenſem,* gnoſcunt Sextus Rufus, Notitia Imperij, & ndex Sconhouianus. Ex his prima fuit & *Proconſularis*, itemque *Zeugitana* promiſcuè nuncupata: vt ex actis Collationis Carthag. & ex Victore Vticenſi lib. I. datur intelligi. At uſtinianus Africam, à Vandalorum tyrannile liberatam, in prouincias ſeptem diuiſit, *Carthaginienſem, Bizacenam, Tripolitanam, Tingitanam, Numidiam, Mauritaniam,* & *Sardiniam.* Ceterùm vt ciuiles, ſic & ſacras olim ex in Africa prouincias fuiſſe, patet ex Conciliis Carthaginienſi VI. & VII. itemque ex Africano. Vbi inter alia ſic legitur: *Ne diutiùs*

Epiſcopi teneantur, placuit ternos iudices de ſingulis prouinciis eligi; & electi ſunt, de prouinciâ Carthaginienſi Vincentius, de prouinciâ Numidiæ N. de prouinciâ Byzacenâ N. de Mauritaniâ N. de Sitifenſi N. de Tripolitanâ &c. Fuit autem *Carthaginienſis Eccleſia, Africæ* olim *caput*, vt Auguſtinus Epiſtolâ CLXII. loquitur; adeoque *poſt Romanum Pontificem, primus Archiepiſcopus, & totius Africæ maximus Metropolitanus fuit Carthaginienſis Epiſcopus*, vt Leo IX. Pont. Max. in Epiſtolis ad Thomam alioſque Africanos Epiſcopos multis diſſerit, Carthaginienſis Archiepiſcopi priuilegia commemorans. De quibus vide & Baronium in Annalibus non vno loco.

Byzacenam porrò prouinciam circa *Adrumetum* fuiſſe, ex poſteriorum temporum ſcriptoribus intelligitur. Numidiæ metropolis fuit *Conſtantina*, vt ex D. Auguſtino, & canonibus Concilij Carthag. intelligere licet. Epiſcopi *Idacenſis* in Numidiâ mentio eſt apud Vict. Vticenſem, vt & aliorum plurimorum Africæ Antiſtitum. In Tripolitanâ regione quinque olim Epiſcopi fuere; vt Concilium Carthag. III. cap. XXXIX. diſertè teſtatur. In Mauritania Cæſarienſi fuit *Iol*, vrbs maritima, Iubæ olim regia, quæ & *Cæſarea* (Ptolemæo, Plinio & Pomponio teſtibus) poſteà eſt nuncupata.

CAPVT V.

alliarum prouinciæ, & Archiepiſcopatus. Item Belgij, Germaniæ, vicinorumque Regnorum Archiepiſcopatus.

GALLIAS in decem & ſeptem prouincias Auguſtus Cæſar diſtribuit, quas hoc or-ine (variant enim veteres in enumerando) obis liceat recenſere: I. ſit *Lugdunenſis rima*; cuius metropolis, Lugdunum, caput Galliarum, ad Rhodanum fluuium. II. *Lugunenſis ſecunda*; cuius metropolis, Rotoma-um, ad Sequanam fl. III. *Lugdunenſis ter-ia*; cuius metropolis, ciuitas Turonum, ad Ligerim fl. IV. *Lugdunenſis quarta*; cuius me-ropolis, ciuitas Senonū. V. *Lugdunenſis quin-a*, ſiue *Maxima Sequanorū*; cuius metropolis, Veſuntio, ad Dubim fl. VI. *Belgica prima*; cu-us metropolis, ciuitas Treuerorum, ad Mo-ellam fl. VII. *Belgica ſecūda*; cuius metropolis, ciuitas Remorū. VIII. *Germania prima*; cuius netropolis, Maguntiacum, ad Rhenum fl. X. *Germania ſecunda*; cuius metropolis, Co-onia Agrippina, ad Rhenum fl. X. *Viennenſis rima*; cuius metropolis, Vienna, ad Rhoda-ium fl. XI. *Viennenſis ſecunda*; cuius metro-oolis, Narbo Martius. XII. *Viennenſis tertia*;

cuius metropolis, Aquæ Sextiæ. XIII. *Viennenſis quarta*, in Alpibus maritimis; cuius metropolis, Ebrodunum. XIV. *Viennenſis quinta*, ſiue *Alpium Graiarum ac Pœninarum*; cuius metropolis, ciuitas Centronum, hoc eſt, Tarantaſia. XV. *Aquitania prima*, ſeu *Viennenſis ſexta*; cuius metropolis, ciuitas Biturigum. XVI. *Aquitania ſecunda*, ſeu *Viennenſis ſeptima*; cuius metropolis, Burdigala, ad Garumnam fl. XVII. *Aquitania tertia*, ſeu *Viennenſis octaua*, quæ & *Nouempopulana* eſt dicta; cuius metropolis, ciuitas Auſciorum.

Quot olim Metropoles, totidem, nec plures multis olim ſæculis in Galliâ ſedes Archiepiſcopales exſtitere. Nam Arelatenſis & Toloſana poſteà demum acceſſere. Ceterùm Notitia prouinciarũ, ciuitatum, & veterum Galliæ Epiſcopatuum, Ioſephi Scaligeri commentariis illuſtrata, exſtat inter opera eiuſdem poſtuma, Lutetiæ CIƆ. IƆC. X. edita. In iſta porrò prouinciarum Galliæ diuiſione etſi Regnorum vices nonnulla immutarint, ſtatus tamen Eccleſiaſticus integra eius veſtigia etiamnum retinet: vt idem Scaliger notat. Nam ſi vſpiam alibi, in Galliâ certè videre licet, prouincias & diœceſes Epiſcopales, ad inſtar prouinciarum à Romanis diuiſarum, per Chriſtianos primùm conſtitutas atque ordinatas fuiſſe: Metropolitis ſiue Archiepiſco-

ſcopis in metropolibus nimirum collocatis
uibus hodieque manet iuriſdictio canonica
Epiſcopos ſuffraganeos) in ciuitatibus au-
m Epiſcopis paſſim conſtitutis.

In regno Galliæ, quà Francia eſt, hodie Ar-
iepiſcopatus XIII. (adeoque totidem ſacræ
ouinciæ) numerantur, *Lugdunenſis, Roto-
agenſis, Turonenſis, Senonenſis, Remenſis, Bi-
ricenſis, Burdigalenſis, Auſcenſis, Narbonen-
s, Aquenſis, Viennenſis, Ebrodunenſis, Arela-
enſis* & *Toloſanus*. Quibus adde Archiepi-
opatum *Auenionenſem*, intra fines quidem
mperij Gallicani ſitum, tamen extra ditio-
em Francorum, vtpote qui ditionis ſit Pon-
ificiæ. Notitiam Epiſcopatuum Galliæ, quà
rancia eſt, ſcripſit Papirius Maſſonus, olim
utetiæ nobis peramicus. *Archiepiſcopatus Galliæ.*

In Galliâ noſtrâ Belgicâ ſeu Germaniâ In-
eriore ſunt Archiepiſcopatus tres, anno cIↄ.
ↄ.LIX. à Paullo IV. inſtituti, nimirum *Mach-
inienſis, Cameracenſis,* & *Vltraiectinus*. *Belgij.*

In Germanico hodie Imperio VII. Archi-
piſcopatus numerantur, *Moguntinus, Colo-
ienſis, Treuerenſis, Magdeburgenſis, Salisbur-
genſis, Bremenſis,* & *Veſontionenſis*, præter
Pragenſem in Bohemiâ. *Germaniæ.*

In eodem tractu Septemtrionali, Dania
Lundenſem, Noruegia *Nidroſienſem*, Suecia
Vpſalienſem, Hungaria *Strigonienſem* & *Colo-
cienſem*, *Daniæ. Noruegiæ. Sueciæ. Hungariæ.*

Polonia. *cenſem*, Liuonia *Rigenſem*, Polonia *Gneſnenſem* & *Leopolienſem* complectitur Archiepiſcopatus. Quæ loca pleraque Romanis olim vix cognita fuere.

CAPVT VI.

Hiſpaniarum prouinciæ, & Archiepiſcopatus.

HISPANIARVM prouincias ſex enumerat Rufus Feſtus in Breuiario, *Tarraconenſem*, *Carthaginienſem*, *Luſitaniam*, *Gallæciam*, *Bæticam*, *Transfretanam*, ſeu *Tingitanam* in Africâ. Notitiæ Imperij auctor, & Index Sconhouianus addunt ſeptimam, nimirum *Balearem*, ſeu Balearium inſularum. Tarraconenſis prouinciæ metropolis olim fuit, *Tarraco*; Carthaginienſis, *Toletum*; Luſitaniæ, *Auguſta Emerita*; Gallæciæ, *Bracara*; Bæticæ, *Spalis* ſiue *Hiſpalis*; Tingitanæ, vrbs *Tingis* in Africâ.

Quot metropoles in Hiſpaniâ, totidem fuere olim Archiepiſcopi. Hodie in vniuerſâ Hiſpaniâ XI. Archiepiſcopi numerantur: *Toletanus*, *Burgenſis*, *Compoſtellanus*, *Hiſpalenſis*, *Granatenſis*, *Cæſarauguſtanus*, *Tarraconenſis*, *Valentinus*, *Bracarenſis*, *Oliſiponenſis*, & *Eborenſis*. De Hiſpaniarum Epiſcopatibus, quorum

m diſpoſitio, ob Maurorum aliorumque
ırbarorum incurſus,ſępè eſt immutata, vide
ıan. Vaſæū in Chronico Hiſpaniæ cap. xx.
xxı. Garſiam Loyaſam in Notis ad Conci-
ım Lucenſe ſub Theodomiro Principe ha-
tum, & Ioan. Marianam lib. vı. Annalium
iſp. cap. xv. & xvı. Apud eũdem Garſiam,
mo ıı. Conciliorum vltimæ editionis Co-
nienſis, exſtat & Diuiſio prouinciarum Hi-
aniæ, Notis eruditis illuſtrata.

Capvt vii.

ritanniarum prouinciæ: item Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Archiepiſcopatus.

BRitanniarvm prouincias quinque agnoſcunt auctor Notitiæ Imperij & Index conhouianus: *Britanniam primã, Britanniam cundam, Maximam Cæſarienſem, Flauiam Cæırienſem, & Valentiam.* Britanniarum metroolis quondam fuit *Eboracum*. ſed à Gregorio Aagno Papâ duæ poſteà Britãniarum metrooles ſeu ſedes Archiepiſcopales, *Cantuaria* & *boracum*, ſunt inſtitutæ. Multis demum pòſt ęculis in Scotia *Sanct-Andreanus* & *Glaſcoënſ*s à Xyſto IV. In Hiberniâ verò *Armachanus*, *Dublinienſis, Caſſilienſis* & *Tuamenſis* Archipiſcopi an. cIↃ. c. lı. auctoritate Eugenij III. ſunt

Archiepiſcopatus Angliæ.

Scotiæ.

Hiberniæ.

ſunt creati. De quibus fusè Guilielmus Camdenus in ſuâ Britanniâ, Baronius in Annalibus, & nos infrà in Codice nouo Prouinciali.

CAPVT VIII.

Patriarchatus Conſtantinopolitanus.

Orientis diœceſes ſeu regiones VII.

HActenus de ſex Occidentis diœceſibus locuti ſumus; nunc in Orientem, alterum velut orbem, tranſeamus. Cuius quidem diœceſes ſeu regiones ſeptem, *Oriens*, *Aegyptus*, *Aſiana*, *Pontica*, *Thracia* numerantur, *l. 2. de milit. veſt. vt nem. ad ſu. patroc.* in quibus vices Imperatoris Præfectus prætorio Orientis exercebat, *Macedonia* & *Dacia*, quæ à Præfecto prætorio Illyrici regebantur. Orientis metropolis fuit *Antiochia*; Ægypti *Alexandria*; Aſianæ *Epheſus*, Ponticæ *Cæſarea*; Thraciæ *Byzantium* ſiue *Conſtantinopolis*; Macedoniæ ac Daciæ *Theſſalonica*: idque ad Iuſtiniani Imp. æuum, qui *Iuſtinianam primam* Daciæ metropolim conſtituit.

Orientis diœceſes tres Conſtantinop. Patriarcham agnoſcunt.
[a] An. 451.

Orientis porrò diœceſes inter ſe velut partiti ſunt Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ieroſolymitanus Patriarchæ. CONSTANTINOPOLITANO quidem tres diœceſes, *Aſianam*, *Ponticam*, *Thraciam*, Concilium[a] Chalcedonenſe attribuit. Aſianę vndecim ſunt prouinciæ, in Notitiâ Imperij:

Aſia

Aſia, princeps eo nomine prouincia, *Pamphy-lia*, *Helleſpontus*, *Lydia*, *Piſidia*, *Lycaonia*, *Phry-gia prima* ſeu *Pacatiana*, *Phrygia ſecunda* ſeu *Salutaris*, *Lycia*, *Caria*, & *Inſulæ*. Index Scon-houianus addit *Galatiam*, mox Ponticæ à nobis adnumerandam. Aſiæ metropolis fuit *Epheſus*; Pamphyliæ *Sida*; Helleſponti *Cyzi-cus*; Lydiæ *Sardes*; Piſidiæ *Antiochia*; Lycaoniç *Iconium*; Phrygiæ primæ ſeu Pacatianæ *Lao-dicea*; Phrygiæ ſecundæ ſeu Salutaris *Synada*; Lyciæ *Myra*; Cariæ *Stauropolis*; Inſularum *Rhodus*: vt ex Leonis cognomento Sapientis, itemq; Andronici Palæologi ſenioris, Impp. Conſtantinopolitanorum, Diſpoſitionibus de ordine Eccleſiarum Patriarchæ Conſtan-tinopolitano ſubiectarum, colligi datur.

In iiſdem porrò Diſpoſitionibus mentio fit *Pamphyliæ ſecundæ*, cuius metropolis fuit *Sylæum* ſiue *Perga*; item *Peloponneſi*, cuius me-tropolis *Corinthus*; item *Helladis primæ*, cuius metropolis *Athenæ*; item *Helladis* ſeu *Theſſa-liæ ſecundæ*, cuius metropolis *Lariſſa*; item *Lazicæ*, cuius metropolis *Trapezus*; item *Aeto-liæ*, cuius metropolis fuit *Naupactus*; & alia-rum prouinciarum, in quibus Metropolitani à poſteriorum ſæculorum Patriarchis & Im-peratoribus Conſtantinopolitanis ſunt con-ſtituti.

In Ponticâ vndecim quoque prouinciæ recen-

recenſentur: *Galatia prima*, *Galatia ſecunda* ſeu *ſalutaris*, *Bithynia*, *Paphlagonia*, *Honorias*, *Cappadocia prima*, *Cappadocia ſecunda*, *Hellenopontus*, *Pontus Polemoniacus*, *Armenia prima* ſeu *maior*, *Armenia ſecunda* ſeu *minor*. Iuſtinianus Imp. poſteà *Cappadociam tertiam*, itemque *Armenias tertiam* & *quartam* adiecit. Galatiæ primæ metropolis fuit *Ancyra*; Galatiæ ſecundæ ſeu ſalutaris *Piſcinus*; Bithyniæ *Nicomedia* & *Nicæa*; Paphlagoniæ *Gangra*; Honoriadis *Claudiopolis*; Cappadociæ primæ *Mociſſus*; Cappadociæ ſecundæ *Tyana*; Hellenoponti *Amaſea*; Ponti Polemoniaci *Neocæſarea*; Armeniæ primæ ſeu maioris *Sebaſtea*; Armeniæ ſecũdæ ſeu minoris *Melitene*.

Thraciæ prouincias ſex numerant, *Europen*, *Thraciam*, *Hemimontum*, *Rhodopen*, *Mæſiam*, *Scythiam*. Thraciæ metropolis fuit *Byzantium* ſiue *Conſtantinopolis*, Hemimonti *Hadrianopolis*, Rhodopes *Traianopolis*.

CAPVT IX.

Macedoniæ & Daciæ prouinciæ.

HAVT abs re fuerit Macedoniæ & Daciæ prouincias præmiſſis ſubnectere. In Macedoniâ ſex quidem olim fuere prouinciæ numeratæ. I. *Achaia*. II. *Macedonia prima*. III. *Creta*. IV. *Theſſalia*. V. *Epirus vetus*. VI. *Epi-*

VI. *Epirus noua, cum parte Macedoniæ ſecundæ ſeu ſalutaris.* In Daciâ quinque: I. *Dacia mediterranea.* II. *Dacia Ripenſis.* III. *Mœſia prima.* IV. *Dardania.* V. *Præualitana, cum parte Macedoniæ ſalutaris.*

Alij Macedoniæ, Daciæ, & Illyrici prouincias omnes vno Illyrici nomine complectuntur: vt & ab vno Illyrici Præfecto omnes olim regebantur. Sic & vnus idemque olim Macedoniæ & Daciæ Primas fuit, Theſſalonicæ nimirum Metropolita: idque ad tempora Iuſtiniani Imperatoris, qui vt patriam ſuam Achridem, ſiue Acridam, vulgò Ocridam, Dardaniæ ſeu Bulgariæ vrbem, Iuſtinianam primam à ſe nuncupatam, nobilitaret atq; illuſtriorem redderet, *Nouell.* 119. *l.* 508. ſic ſtatuit: *Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ habeat ſibi ſubiectos Epiſcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis: item Præualenos* (ſeu Præualitanos) *& Dardaniæ, & Myſiæ* (ſeu Mœſiæ) *ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem iura ſuper eos habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.*

a. In cię *na.* *tus.* *Epi-*

Itaque notet hîc Lector, quaſdam metropoles olim autocephalas, id eſt, ſibi ipſis capita exſtitiſſe: quod diſertè tradit Theodorus Balſamo in Reſponſ. de Patriarch. *Exceptis*, inquiens, *Archiepiſcopis, qui caput ſibi ipſis ſunt,*

Digitized by Google

Bulgariæ ſcilicet & Cypri. Sic & metropolis Iberiæ ſeu Iberorum in Aſiâ (qui hodie *Georgiani* dicuntur) ſibi caput exſtitit: vt ex Synodo Antiochenâ diſcimus. Sic item Carthago Africæ metropolis (quam & Iuſtinianam à Iuſtiniano Imp. dictam teſtatur idem Balſamo) ſibi caput eſſe voluit. Vt tres eo nomine vrbes iſtud libertatis priuilegium velut ſtudio adfectaſſe videantur.

Ceterùm Macedoniç primç, niſi fallor, metropolis fuit *Heraclea*, Achaiæ *Noua Patra*, Cretenſis Inſulæ vrbs *Creta*, vt hodie Candia, Theſſaliæ *Theſſalonica*, Epiri nouæ *Dyrrachium*, Macedoniæ ſecundç vrbs *Bacenſis*, Daciæ Ripenſis vrbs *Aquenſis*.

Cùm ante annos aliquot nobis Antuerpiç adeſſet Nectarius, Acridanus in Bulgariâ Archiepiſcopus, natione Græcus, narrabat inter alia, hunc ſeſe titulum, more maiorum, vſurpare ſolitum: *Nectarius Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ Acridæ, & totius Bulgariæ, Seruiæ, Albaniæ, & aliorum locorum*. Addebat ſex eſſe metropoles, & decem Epiſcopatus, nulli niſi Acridano Arehiepiſcopo ſeu Primati ſubiectos.

CAPVT X.

Metropoles & Archiepiſcopatus, olim Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiecti.

TEMPORIBVS Leonis Imp. cognomento Sapientis ſeu Philoſophi (cœpit is imperare anno Chriſti I Ↄ. CCCL.XXXVI. & regnauit annos XXII.) LXXXI. Metropoles Patriarchæ Conſtantinopolitano erant ſubiectæ: vt ex eiuſdem Imperatoris Diſpoſitione per Leunclauium tomo II. Iuris Græco-romani editâ liquet; in quâ hoc ordine recenſentur: *Metropoles olim Patriarchæ Conſtantinop. ſubditæ.*

Cæſarea Cappadociæ.
Epheſus, in Aſiâ.
I. Heraclea, in Thraciâ vel Macedoniâ.
. Ancyra, in Galatiâ.
Cyzicus, in Helleſponto.
. Sardes, in Lydiâ.
I. Nicomedia, in Bithyniâ.
II. Nicæa, in Bithyniâ.
. Chalcedon, in Bithyniâ.
Sida, in Pamphyliâ.
. Sebaſtea, in Armeniâ.
I. Amaſea, in Helenoponto.
II. Melitene, in ſecundâ Armeniâ.
/. Tyana, in ſecundâ Cappadociâ.
'. Gangra, in Paphlagoniâ.

xvi. Theſſalonica, in Theſſaliâ.
xvii. Claudiopolis, in Honoriade.
xviii. Neocæſarea, in Ponto Polemoniaco.
xix. Piſſinus, in ſecundâ Galatiâ.
xx. Mira, in Lyciâ.
xxi. Stauropolis, in Cariâ.
xxii. Laodicea, in Phrygiâ Cappatianâ ſeu Pacatianâ.
xxiii. Iconium, in Lycaoniâ.
xxiv. Synada, in Phrygiâ ſalutari.
xxv. Antiochia, in Piſidiâ.
xxvi. Sylæum ſiue Perga, in ſecundâ Pamphyliâ.
xxvii. Corinthus, in Peloponneſo.
xxviii. Athenæ, in Hellade.
xxix. Mociſſus, in Cappadociâ.
xxx. Creta, inſula maris Cretici.
xxxi. Seleucia, in Pamphyliâ.
xxxii. Rhegium, in Calabriâ.
xxxiii. Patræ, in Peloponneſo.
xxxiv. Trapezus, in Lazicâ.
xxxv. Lariſſa, in ſecundâ Hellade.
xxxvi. Naupactus, in Ætoliâ.
xxxvii. Philippopolis, in Thraciâ.
xxxviii. Traianopolis, in Rhodopâ Thraciæ prouinciâ.
xxxix. Rhodus, inſula maris Ægæi.
xl. Philipporum ſeu Philippenſis, in Macedoniâ.

xli.

XLI. Hadrianopolis, in Hemimonto Thraciæ prouinciâ.
XLII. Hierapolis, in Phrygiâ Cappatianâ.
XLIII. Dyrrachium, in Illyrico.
XLIIII. Smyrna, in Aſiâ.
XLV. Catana, in Siciliâ.
XLVI. Ammorium, in Phrygiâ.
XLVII. Camachus, in Armeniâ.
XLVIII. Cotyaium, in Phrygiâ.
XLIX. S. Seuerinæ, in Calabriâ.
L. Mitylena, in Leſbo.
LI. Neopatræ, ſeu Nouæ Patræ, in Hellade, ſiue Achaiâ.
LII. Euchaita.
LIII. Amaſtris. LIV. Chonæ.
LV. Hydrus, ſiue Hydruntum, in Calabriâ.
LVI. Kelzene. LVII. Colonia.
LVIII. Thebæ. LIX. Serræ.
LX. Pompeiopolis.
LXI. Roſſia. LXII. Alania.
LXIII. Ænus. LXIV. Tiberiopolis.
LXV. Achaia. LXVI. Ceraſus.
LXVII. Nacolia, in Phrygiâ magnâ.
LXVIII. Germanicia, ſiue Carmania.
LXIX. Madyta. LXX. Apamea.
LXXI. Baſileum. LXXII. Dryſtra.
LXXIII. Nazianzus.
LXXIV. Corcyra, inſula maris Ionij.
LXXV. Abydus. LXXVI. Methymna.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LXXVII. Chriſtianopolis.
LXXVIII. Ruſium. LXXIX. Lacedæmonia.
LXXX. Naxia. LXXXI. Attalia.

His additur & *Seleucia* in Pamphyliâ metropolis, quæ à Patriarchatu Antiocheno auulſa, Conſtantinopolitanum aliquando Patriarcham agnouit. Sic & Siciliȩ, Calabriæ, Magnæ Grȩciæ, regnique Neapolitani varias vrbes Epiſcopales (ex quibus nonnullas iam commemorauimus) Patriarchæ Conſtantinopolitani ad ſe olim traxerũt; Imperatorum videlicet Oriẽtalium, per Italiam ac Siciliam tunc imperãtium, auctoritate faſtuq; ſubnixi.

Archiepiſcopatus Patriarchæ Conſtantinop. olim ſubiecti.

Præter has Metropoles, eiuſdem Leonis Imp. æuo, & XXXVIII. Archiepiſcopatus Patriarchæ CP. erant ſubiecti:

I.	Bizya.	II.	Leontopolis.
III.	Maronea.	IV.	Germia.
V.	Arcadiopolis.	VI.	Parium.
VII.	Miletus.	VIII.	Præconeſus.
IX.	Selybria.		
X.	Chius, inſula maris Ægæi.		
XI.	Apros.	XII.	Cypſella.
XIII.	Nice.		
XIV.	Neapolis, in Italiâ, niſi fallor.		
XV.	Selga.	XVI.	Cherſon.
XVII.	Meſſana, in Siciliâ.		
XVIII.	Garella.	XIX.	Bryſis.
XX.	Dercos.	XXI.	Carabizya.

XXII.

XXII.	Lemnus, inſula maris Ægæi.		
XXIII.	Leucas.	XXIV.	Miſthea.
XXV.	Cudræ.	XXVI.	Soteropolis.
XXVII.	Pedachthōa.	XXVIII.	Germa.
XXIX.	Boſporus.	XXX.	Cotradis.
XXXI.	Eroina.	XXXII.	Carpathus.
XXXIII.	Meſembria.	XXXIV.	Gotthia.
XXXV.	Sugdaia.	XXXVI.	Phullæ.
XXXVII.	Ægina.	XXXVIII.	Pharſala.
XXXIX.	Matracha.		

His addantur, *Melitopolis*, in Helleſponto, & *Cybiſtra* ſeu *Cybiſta*, in ſecundâ Cappadociâ.

De Metropolitanis atque Archiepiſcopis Patriarchæ olim Conſtantinopolitano ſubditis lege & Georgium Codinum ſeu Curopalatem, vt vulgò nuncupant, lib. de Officialibus palatij Conſtantinopolitani, & officiis Eccleſiæ eiuſdem. Exſtat apud illum expoſitio Andronici Palæologi ſenioris Imp. de ordine ſedium Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiectarum, infrà à nobis recitanda. Cœpit autem Andronicus ſenior imperare anno Chriſti CIↃ. CC. LXXXIII. & regnauit annos quinquaginta.

Ceterùm Græcanicarum per Orientem Eccleſiarum quattuor hodie Patriarchæ exiſtunt, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Ieroſolymitanus; quos ob-

ſeruo *Melchitas* vulgò nuncupari: vt Leonardus Abel Epiſcopus Sidonienſis, & Choppinus lib. 11. de ſacrâ Politiâ, tit. IV. §. 18. aliique notant. Hos inter Patriarchas Conſtantinopolitanus primas ſibi vendicat.

Capita, quibus Græci à Latinis in rebus fidei diſſentiunt, apud Bellarminum, Poſſeuinum, & alios lege.

CAPVT XI.

Patriarchatus Alexandrinus. Ægypti item Prouinciæ.

Vide ſuprà initiũ capitis VIII.

PATRIARCHÆ *Alexandrino* canon VI. Synodi I. Nicænæ, anno Chriſti CCCXXV. celebratæ, *Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim* adtribuit. Tres enim Ægypti primùm prouinciæ, poſteà ſex numeratæ: *Aegyptus, Thebais, Lybia ſuperior, Lybia inferior* ſeu *Pentapolis, Arcadia, & Auguſtamnica.* Acceſſere poſteà *Aegyptus ſecunda, Thebais ſecunda*, & aliæ: adeò vt decem Ægypti demum fuerint prouinciæ. Tot enim ex hac diœceſi Metropolitanos conuocari iubent Theodoſius & Valentianus, epiſtolâ ad Dioſcorum, quæ act. I. Concilij Chalced. recitatur: *Igitur & tua Sanctitas ſumptis decem reuerendiſſimis Metropolitanis Epiſcopis, qui ſub tuâ degunt diœceſi,*

Aegypti prouinciæ decem.

ceſi, & aliis ſimiliter decem ſanctis Epiſcopis, Kalendis Auguſti, Epheſum metropolim Aſiæ conueniri feſtinet.

Ceterùm inſignia Ægypti opida olim fuere, *Says, Memphis, Syene, Bubaſtis, Elephantis, Thebæ, Peluſium, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis*, vt ex Melę lib. 1. colligitur. *Antinoe* vrbs fuit primæ *Thebaidis:* vt ex Victoris Tunnunenſis Chronico liquet. Quod ad *Aethiopiam* attinet, iuxta Concilium Nicænum, haut dubiè ea olim ad Patriarcham quoque Alexandrinum ſpectauit. *Aethiopia.* Vide infrà cap. 21.

CAPVT XII.

Patriarchatus Antiochenus. Sedes Metropolitanæ, itemque Archiepiſcopatus illi olim ſubiecti.

SEPTEM in Oriente dœceſes ſeu regiones exſtitiſſe ſuprà cap. VIII. docuimus: quarum primam *Orientis* nomine inſignem, *Antiochena* Patriarchæ adtributam teſtantur Concilij Nicæni, itemque Conſtantinopolitani primi & ſecundi decreta. Vt is iure optimo à veteribus ſcriptoribus *Orientis Patriarcha* nuncupetur. *Patriarcha Antiochenо parent Orientis prouinciæ.*

Fuere autem in Orientis diœceſi prouinciæ quindecim, ſi fides Notitiæ Imperij habenda: I. *Syria prima.* II. *Syria ſecunda ſeu*

ſalutaris. III. *Palæſtina prima*. IV. *Palæſtina ſecunda*. V. *Palæſtina ſalutaris*. VI. *Phœnice prima*. VII. *Phœnice Libani ſiue ſecunda*. VIII. *Cilicia prima*. IX. *Cilicia ſecunda*. X. *Cyprus*. XI. *Euphratenſis*. XII. *Meſopotamia*. XIII. *Oſrhœna*. XIV. *Arabia*. XV. *Iſauria*. Miror autem in Indice Sconhouiano non niſi decem Orientis prouincias recenſeri. Addit is *Sophenam*, vt Syriæ prouinciam: ſed Armeniæ ipſam annumerandam, eamdemque eſſe cum Armeniâ quartâ, docet Berterius ex Strabone, Stephano & Procopio.

Syria prima, quæ & Syria Cœle dicitur, metropolim habuit *Antiochiam magnam*. Phœnices primæ metropolis fuit *Tyrus*, ſecundæ autem *Berytus*. Ciliciæ primæ caput fuit *Tarſus*. Cilicia ſecunda iuxta montem Taurum in Indice Sconhouiano conſtituitur: vnde & *Trachea* appellatur. Iſauria, niſi fallor, metropolim habuit *Seleuciam*.

Syriâ, totoque Oriente poſteà per Saracenos alioſque barbaros vaſtato, ac demum per Godefridum Bullonium & ceteros Europæ Principes recuperato, Antiochenus Patriarcha non niſi ſex Archiepiſcopos ſibi ſubditos habuit, *Tarſenſem*, *Edeſſanum*, *Apamienſem*, *Heliopolitanum*, *Conzenſum* & *Manuſtrenſem*: vt in Codice Prouinciali Romano me legere memini.

Apud

Apud Guil. Tyrium lib. XIV. De bello ſacro cap. XII. throni ſiue Sedes metropolitanæ, tredecim Patriarchæ Antiocheno primis ſæculis ſubditæ recenſentur : *Tyrus*, *Tarſus*, *Edeſſa*, *Apamia* ſiue *Apamea*, *Hierapolis*, *Boſtra*, *Anazarba*, *Seleucia*, *Damaſcus*, *Amida*, *Sergiopolis*, *Theodoſiopolis*, & *Emeſſa* ſiue *Emiſſa*. Metropoles inſuper autocephalæ, ſeu per ſe ſubſiſtentes nouem, iuxta manuſcriptum codicem Græcum Card. Sirleti; *Berytus*, *Heliopolis*, *Laodicæa Syriæ*, *Samoſata*, *Cyrus*, ſeu *Kyrus*, *Martyropolis*, *Mopsüeſtia*, *Adana* & *Pompeiopolis*. Archiepiſcopatus præterea duodecim, ſimiliter, vt arbitror, autocephali, *Berroea*, *Chalcis*, *Gabala*, *Seleucia Pieriæ*, *Anazartha*, *Paltus*, *Gabula*; *Germanicêa*, *Salamias*, *Barcûſos*; *Raſſos* ſiue *Raſſus*, *Anabagatha*.

Metropoles olim P. Antiocheno ſubiecta.

Archiepiſcopatus.

Præter dictos Metropolitanos, Archiepiſcopos, itemque Epiſcopos ſuffraganeos (de quibus infrà dicemus in Codice Prouinciali) fuere & Catholici ſeu Primates duo Patriarchę Antiocheno ſubiecti, *Catholicus Romagyreos* ſiue *Perſiæ*, & *Catholicus Irenopoleos* ſiue *Bagdacenſis*: vt ex iiſdem Cod. Prouinciali & ms. Gręco Sirleti, itemque ex Iacobo Vitriaco Hiſt. Orientalis cap. XXXII. didici. Qui quidem Vitriacus addit, *viginti olim prouincias Antiochenum Patriarcham ſub ſe olim habuiſſe: quarum XIV. Metropolitanos habebant, cum ſibi*

Catholicus Perſiæ.

Catholicus Bagdacēſis.

ſibi ſuffraganeis Epiſcopis. Sex verò reliquæ ſub dictis Primatibus ſeu Catholicis duobus continebantur.

CAPVT XIII.

Patriarchatus Ieroſolymitanus. Sedes Metropolitanæ, itemque Archiepiſcopatus eidem quondam ſubditi.

ATQVE is quidem ſtatus primùm fuit Antiochenæ ſeu Orientalis diœceſis; à quâ poſteà tres Palæſtinæ, *prima, ſecunda*, & *ſalutaris*, ſunt detractæ, & *Ieroſolymitano* Patriarchæ recèns inſtituto adſignatæ, decreto [a] An. 451. [a]Chalcedonenſis, &[b] quinti Concilij œcume- [b] An 553. nici, vt ſuprà cap. I. diximus. Quod poſterioribus ſæculis obtinuiſſe, docent acta Concilij Ieroſolymitani, celebrati *in coloniâ Aeliâ metropoli & Ieroſolymis, præſidente Patriarchâ Petro, & aßiſtentibus Epiſcopis trium Palæſtinarum.*

Guilielmus Tyrius lib. XIV. De bello ſacro, cap. XII. veteris cuiuſdam ſcripti auctoritate permotus, duas inſuper ex Alexandrinâ ſeu Ægyptiacâ diœceſi prouincias Ieroſolymitano Patriarchæ traditas narrat: *Subtraxerunt*, inquiens, *Antiocheno Cæſarienſem & Scythopolitanum Metropolitanos: Alexandrino verò*

Ruben-

ubenſem & Berytenſem. Quæ ſententia Berrio non probatur: quòd Ruba à Ptolemæo n Syriâ ponatur, & Berytum Phœnices Libani metropolim eſſe conſtet. Syriam verò & Phœnicen Orientis prouincias eſſe, ſuprà cap. v. docuimus. Nobis tamen videtur haut temerè ſententia Tyrij reiicienda: quòd hæc ipſa legantur in editis atque in mss. pleriſque exemplaribus Codicis Prouincialis Romani, itemque apud Vitriacum Hiſt. Orient. cap. LV. Quamquam exiſtimemus, pro *Ruba* legendu *Raba* ſeu *Rabba*; quæ Ammonitarum metropolis olim fuit, Chriſtiano Adrichomio teſte in Theatro Terræ ſanctæ. Ex quâ vrbe poſteà, vt arbitror, Sedes Metropolitana *Petram* eſt tranſlata: quam Arabiæ ſecundæ ſeu Petrææ metropolim, vltra Iordanem, in finibus Moab ſitam, idem Tyrius lib. xx. cap. III. & Vitriacus Hiſt. Orient. cap. LVI. deſcribunt. Hanc noſtram opinionem confirmat ms. codex Græcus Card. Sirleti, qui nullâ mentione *Rabbæ* factâ, Sedem III. Patriarchæ Ieroſolymitano ſubiectam nuncupat *Petram*. Sic & pro *Beryto* apud Tyrium citato loco ab aliis ſcribitur * *Becerra Arabiæ:* quam Arabiæ Felicis metropolim fuiſſe dicit Adrichomius; an rectè, viderint Geographiæ ſtudioſi. In dicto codice Græco Sirleti, Sedes IV. Patriarchę Ieroſolymitano ſubiecta nuncupatur

Choppinū in Politiâ ſacrâ conſule lib. 2. §. 10.

*Mendoſa fortè eſt lectio.

Boſtra:

Boſtra: quæ Arabiæ vrbs eſt Stephano.

Sub Antiocheno Patriarchâ, apud Tyrium, & in citato Sirleti codice, Sedes VI. eſt & *Boſtra*, vt ſuprà cap. XII. diximus. Adeò quidem vt plures eo nomine vrbes olim exſtitiſſe appareat.

Vt vnde digreſſa eſt, eò redeat oratio, Palæſtinæ primæ metropolis fuit *Aeliæ* colonia, ſiue vrbs *Ieroſolymorum*; ſecundæ verò, *Cæſarea*; tertiæ autem, *Scythopolis*. Throni porrò ſeu Sedes metropolitanæ Ieroſolymitano Patriarchæ antiquitus ſubditę fuerunt, *Cæſarienſis*, *Scythopolitana*, *Rabbenſis* & *Becerrenſis*, iuxta Tyrium. Ex quibus duæ poſteriores, in codice Sirletiano, vt dixi, nuncupantur *Petracenſis* & *Boſtrenſis*.

Subſecutis deinde temporibus, Godefrido Bullonio Duce, cùm Syriam Latini occupaſſent, Ieroſolymitanus Patriarcha hos IV. Archiepiſcopos ſibi ſubiectos habuit, *Tyrenſem*, *Cæſarienſem*, *Nazarenum* & *Petracenſem*, cum paucis aliquot Epiſcopis: vt apud Vitriacum cap. LV. & ſeqq. & in Codice Prouinciali legitur. Vide de iiſdem & Renatum Choppinum lib. II. De ſacrâ Politiâ §. 20.

CA-

CAPVT XIV.

Minorum gentium Patriarchæ.

PRÆTER iſtos quinque maiorum, vt ſic loquar, gentium Patriarchas, ſunt & mi- -orum non pauci. Canones Nicæni Arabici, -i cum Notis Franc. Turriani, Societ. IESV -heologi, exſtant, nobis neſcio quos Patriar- -as ſeu Primates inſuper obtrudunt. Pri- -o loco Patriarcha ſeu Catholicus SELEV- -IENSIS in regno Babyloniæ nominatur, -citurque *tenere locum Patriarchæ in Oriente,* *debere ſedem eius in Concilio ſextam eſſe, poſt* -*piſcopum Ieroſolymitanum.* Patriarcham iſtũ -leucienſem, ſede poſtmodum mutatâ, apud -rmenios conſediſſe ſuſpicatur Ioan. Fileſa- -is, Doctor Theol. Pariſienſis, lib. De ſacrâ -piſcoporum auctoritate cap. IX. §. 7. Arme- -orum certè Primatem dictum eſſe Catho- -cum, patet ex Legatione Emanuelis Com- -eni ad Armenios per Leunclauium editâ, -ex Othone Friſingenſi, in rebus geſtis an- -o cIↃ.C.XLV.

Patriarcha Seleuciẽſis.

Vide infrà c. 23.

Æthiopiæ Catholicum in iiſdem Canoni- -is Arabicis legimus, can. 36. *Sit loco Pa- -iarchæ, & appelletur Catholicus. Quòd ſi acci- -rit, vt Concilium in Græciâ habeatur, ſepti- -um locum poſt Prælatum Seleuciæ habeat. Non*

Aethiopia

tamen

tamen ius habeat conſtituendi Archiepiſcopos: ſiquidem non habet Patriarchæ honorem & poteſtatem. Quinpotiùs ſub poteſtate eius ſit, qui tenet Sedem Alexandriæ. Sed hæc Conſtantini Magni æuo recentiora quibuſdam videntur: quo tempore nondum de Æthiopibus, aliiſque ad Orientem vel Meridiem populis Patres Nicæni ſic cogitabant, vt iis, quaſi magnâ iam parte Chriſtianis, diſciplinæ Eccleſiaſticæ leges ſcriberent. Non diſquiro, quid de Æthiopibus noſtrâ patrumque memoriâ, Aluarus Nunnius, Damianus Goeſius, Franc. Titelmannus, aliique ſcripſerint.

In Occidente multos reperio Patriarchas, vt ſic loquar, minores. Patriarcham in primis *Aquileienſis.* AQVILEIENSEM nemo ignorat: etſi incertum, quo primùm tempore Antiſtes ille Patriarchæ nomen aſſumpſerit. Paulus certè Diaconus meminit Pauli & Seueri Patriarcharum Aquileienſium. fuitque Aquileia Iſtriæ quondam ac Venetiæ metropolis.

Gradenſis. Eadem Venetiarum prouincia GRADENSEM Patriarcham habuit: nec dubium, quin Aquileiâ à Longobardis captâ, Patriarcha, qui profugus in Gradum inſulam conceſſerat, noui huius Patriarchatus auctor exſtiterit: atque ex eo Gradum nouam Aquileiam, & Gradenſem Antiſtitem nouæ Aquileiæ Patriarcham dixerit Leo IX. Pont. Max.

epiſt.

epiſt.II. Eginhartus & Regino ſcribunt Gradum vrbem temporibus Caroli Magni Imp. metropolitico honore auctam. Onuphrius in Chronico ſuo Eccleſiaſtico, ſcribit Patriarchatum Aquileienſem, decreto Synodi Gradenſis, anno D. LXXX. Gradum tranſlatum eſſe: & primum Gradenſem Patriarcham anno DC. XI. memorat Candidianum.

Adiiciendus FOROIVLIENSIS, qui Patriarcha quoque nuncupatur à VValfrido Strabone, de rebus Eccleſiaſt. cap. XXV. Etenim poſt direptam Aquileiam, Forumiulij Venetiarum fuit metropolis, vt Paulus Diaconus lib. II. cap. XIV. diſertè aſſerit. Sed poſteà, cùm Gradenſis Epiſcopus & Foroiulienſis de finibus inter ſe diſceptarent, Venetia & Iſtria Gradenſi, Longobardia verò Foroiulienſi eſt adtributa. Leo IX. epiſt. II. iam citatâ: *Iudicio totius ſanctæ Synodi definitum fuit, vt noua Aquileia totius Venetiæ & Iſtriæ metropolis perpetuò haberetur: Foroiulienſis verò Antiſtes tantummodò finibus Longobardorum eſſet contentus.* *Foroiulienſis.*

At VENETORVM vrbs clariſſima Patriarchatum tandem (Gradenſis nomine extincto) adepta eſt anno CIↃ. CCCC. L. beneficio Eugenij IV. Pont. Max. De his plura qui volet, rerum Venetarum ſcriptores, & Choppinum lib. II. De ſacrâ Politiâ §. 21. legat. *Venetus.*

C Inter

Piſanus. Inter Italię Primates cenſetur & PISANVS: cuius auctoritatem ornat atque amplificat Innocentius III. quique ab Archidiacono & Dominico diſertè Patriarcha nuncupatur.

Toletanus. In Hiſpaniâ TOLETANVS Patriarcha dicitur Durando Speculatori *tit. de diſpenſat.* §. *Sanè quoque:* quod ei fortè concessum in Concilio Toletano XII. vbi ſumma illi, ceterorum Epiſcoporum conſenſu, auctoritas tributa, in quibuſlibet prouinciis Epiſcopos ordinandi.

Valētinus. In eadem Hiſpaniâ VALENTINVS Archiepiſcopus, Hiſpaniarum, vt GOANVS, Indiarum Patriarcha, gaudet nuncupari.

Bituricenſis. In Galliâ BITVRICENSIS Antiſtes à Nicolao I. *can. Conqueſtus 9. q. 3.* vocatur Patriarcha: quinimò longè anteà hoc nomine inſignitus eſt D. Sulpitius Archiepiſc. Bituricenſis ſub Dagoberto Rege.

Lugdunenſis. Sed & LVGDVNENSIS Epiſcopus hoc titulo donatur à Greg. Turonenſi, & Concilio Matiſconenſi II.

Cantuarienſis. In Angliâ CANTVARIENSIS Patriarcha nominatur *Gloſſa d. 21. c. 1. verb. Archiepiſcopus.*

Magdeburgenſis. Sed & Germanię Patriarcha vocatur MAGDEBVRGENSIS, à Benedicto VI. epiſtolâ ad Epiſcopos Germaniæ.

CA-

CAPVT XV.

rientalium Chriſtianorum Patriarchæ varij. Jacobitarum Patriarcha. Horum item hæreſes & errores.

HABENT & Patriarchas ſuos hodie IACOBITÆ, NESTORIANI, ARMENII, IARONITÆ, COPHTI, aliique in Oriente omines Chriſtiani. De quibus haut incon- ruum fuerit, ex mss. Relationibus *Leonardi Abelis*, Epiſcopi Sidonienſis, qui à Grego- o XIII. Nuntius Apoſtolicus in Orientem *An. 1583.* iſſus fuit, quædam ſcitu digniſſima com- iemorare.

IACOBITÆ diſperſi ſunt per ciuitates, *Iacobitæ.* rras & opida Syriæ, Meſopotamiæ & Baby- niæ, aliis nationibus mixti, & numerum uinquaginta millium familiarum facile ex- edunt, pauperculi plerique, ac quotidiano bore victum quæritantes. In *Aleppo* ta- ien & *Caramit* multæ ſunt diuites & ho- eſtarum facultatum familiæ, aliæque mer- aturam exercentes. Eccleſia patriarcha- *Iacobitarũ Patriarcha* s huius nationis eſt in Meſopotamiâ, extra rbem *Moradin* in monaſterio *Zafran:* ſed atriarcha reſidet in vrbe *Caramit*, ad maio- m ſui commoditatem ac quietem. Sub eius bedientiâ viuunt hodie *Ieroſolymitanus* &

Muſalenſis, Metropolitani; *Damaſcenus*, *Edeſſanus*, *Cyprius*, & *Caramitanus*, Archiepiſcopi; itemque Epiſcopi in *Aatafrâ*, *Salach*, *Tarach*, *Maaden*, *Hartbert*, & alij non pauci.

Coronidis loco libet hæreſes & errores præcipuos nationis Iacobitarum ſubnectere.

Hæreſes & errores Iacobitarū. Dicunt in Chriſto Domino noſtro eſſe, poſt vnionem hypoſtaticam, vnam naturam perſonatam, reſultantem ex duabus naturis non perſonatis: quamquam ſubiungant, ſine miſtione, concretione, & alternatione.

Dicunt etiam vnam eſſe ſubſtantiam de duabus, vnam eſſentiam reſultantem ex duabus, vnam voluntatem de duabus; vnamque operationem de duabus.

Amplectuntur Concilium Epheſinum bis damnatum, & econtrà damnant quartum Concilium vniuerſale Chalcedonenſe.

Sanctificant Dioſcorum, Seuerum, Petrum, Macarium, & Iacobum, à quo Iacobitę dicti ſunt: & ex diuerſo damnāt S. Leonem Papam.

Adiungunt in Triſagio, *Qui crucifixus eſt pro nobis*, dicentes, ſe iſtum Hymnum ter ſanctum applicare Chriſto Domino noſtro, & non ſanctiſſimæ Trinitati.

Non habent ſecundum & quartum Concilium Conſtantinopolitanum, & alia vniuerſalia poſtmodum celebrata.

Affirmant ſe ſolos vnà cum Armenis, Coph-

Cophtis, & Abyſſinis repræſentare Eccleſiam Catholicam, omneſque alios Chriſtianos ab eâ excludi.

Tenent inſuper ante iudicium vniuerſale neminem paradiſum aut infernum intrare.

Haſce hæreſes, multoſque alios errores, quos breuitatis cauſsâ omittimus, Iacobitæ in Catechiſmis ſuis aliiſque libris docent. Sic Leonardus Epiſcopus Sidonienſis.

De Iacobitis, eorumque erroribus tractat item fusè Iacobus Vitriacus, Hiſtoriæ Orientalis cap. LXXVI. ſcribitque ſic appellatos à magiſtro ſuo Iacobo, cuiuſdam Patriarchæ Alexandrini diſcipulo. Idem breuiter & errores illorum refutat: quod poſt eum fecere & alij, in his Prateolus, & Poſſeuinus.

CAPVT XVI.

Neſtorianorum Patriarchæ duo, vnus ſchiſmaticus in Muſal commorans, alter orthodoxus, qui eſt Chaldæorum Aſſyriorum. Schiſmaticorum hæreſes & errores.

NESTORIANORVM natio ſub duobus Patriarchis hodie diuiſa eſt; ex quibus alij à nobis CHALDÆI ASSYRII ORIENTALES vocantur, alij NESTORIANI ſimpliciter appellantur. Aſſyriorum Orientalium Patriar- *Chaldæi Aſſyrij Orientales.*

 chæ

chæ *Sulaca*, *Abdiſu*, & *Donha Simon*; à Sede Apoſtolicâ confirmati fuere: qui quidem etſi titulum Eccleſiæ* Muſal in Babyloniâ habuerint, hactenus tamen nec ipſi, nec eorum poſteri, propter alium Patriarcham aduerſarium, eamdem occupantem ac detinentem, illâ potiri potuerunt. Sic vt dicti Patriarchæ diuerſis in locis, nunc in *Caramit*, nunc in *Seert*, nunc in *Zeinalbach* in confiniis Perſiæ, reſidere coacti fuerint. Ex his *Simon Sulaca*, ord. S. Baſilij monachus, obedientiam præſtitit S. Romanę Eccleſiæ, temporibus Iulij III. Papæ: atque ob eodem confirmatus cùm domum rediiſſet, Archiepiſcopos & Epiſcopos quoſdam ordinauit, reiicique iuſſit inuocationem Neſtorianam, quæ tunc à diacono fieri ſolebat. Sed fraude Patriarchæ aduerſarij ſui tandem captus eſt, atque à Turcis occiſus. Sulacæ ſucceſſit *Abdeſu* ſiue *Abdiſu*, eiuſdem ord. S. Baſilij, qui venit ad Concilium Tridentinum, Romæque obedientiam Pio IV. præſtitit, & reuerſus quamplurimos Sacerdotes, Epiſcopos & Archiepiſcopos ordinauit. Cui paucos poſt annos defuncto ſucceſſit *Aatalla*, eiuſdem ordinis, qui non habuit confirmationem Apoſtolicam, quòd eamdem Romæ non poſtularit. Aatallæ defuncto ſuffectus eſt *Donha Simon*, Archiepiſcopus de *Celu*, qui temporibus Gregorij XIII. Papæ, Romam miſit

*Mozal *aliis.*

Sulaca profeſſionem Fidei ex Syrico Latinam fecit Andr. Mazius.

miſit procuratorem ſuũ Hermetem Heliam Archiepiſcopum. Is nomine Patriarchæ ſui debitam Sedi Apoſtolicę obedientiam pręſtitit, & confirmatione cum pallio Patriarchali obtentâ, ex Vrbe an. M. D. LXXXII. diſceſſit. Ceterùm ex hiſce Chaldæis Orientalibus ditiſſimi & potentiſſimi reſident in vrbe *Amit*; qui cum Prælatis ſuis vnicè adnituntur obedientiam Romani Sedis conſeruare atque augere.

Potentiores autem & ditiores nationis Neſtorianæ, ſubditi Patriarchæ aduerſario, incolunt ciuitatem * *Muſal* & *Gezire* in Babyloniâ: qui Patriarcha magnum ſub ſe gentium numerum habet, & reſidere ſolet in monaſterio Patriarchali S. Hermetis prope eamdem vrbem *Muſal*, in Babyloniâ, quæ olim *Aſſur* dicta. *Neſtoriani.*

* *Maſio* Mozal *eſt Seleucia Parthorum ad Tigrim fl.*

Hæreſes porrò & errores præcipui, qui hodiernis temporibus inter Neſtorianos ſchiſmaticos verſantur, ſunt iſti:

Credunt in primis naturam humanam in Chriſto Domino noſtro non eſſe perfectam ſine perſonâ humanâ. *Neſtorianorum ſchiſmaticorum errores.*

Ideoque in Chriſto duas perſonas eſſe fatentur, quamuis non negent Chriſtum à primâ inſtantiâ ſuæ conceptionis perfectum Deum effectum eſſe hominem,

Nec etiam Beatiſſimam Virginem, Ma-

trem & genitricem Dei appellant: dicunt enim vocem iſtam, DEVS, continere in ſe Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & ex conſequenti, Matrem dici omnium trium perſonarum diuinarum. Affirmant tamen Matrem eſſe Dei Verbi & Filij.

Colunt Neſtorium, & damnant Cyrillum Alexandrinum.

Non habent primum Concilium Epheſinum, multò minùs alia Vniuerſalia pòſt celebrata.

Matrimonia quoq; in gradibus prohibitis, ſine Patriarchę ipſorum licentiâ, contrahunt.

Patriarcham non creant per electioné, ſed per renuntiationem de parente in parentem.

Nec ad aurem peccata ſua Sacerdoti confitentur.

Tam Clericis quàm laicis Sacramentum Euchariſtiæ in proprias manus adminiſtant.

Nec ſcrupulum in conferendis Ordinibus Simoniacè faciunt. Sic Leonardus Epiſcopus Sidonienſis.

De Neſtorianis, à Neſtorio hæreſiarchâ ſic dictis, agit & Vitriacus Hiſt. Orient. cap. LXXVII.

CA-

CAPVT XVII.

Armeniorum Patriarchæ duo. Schiſmaticorum errores.

ARMENA natio, quæ longè copioſiſſima, duobus Patriarchis primariis ſubiicitur: quorum vnus eſt ARMENIÆ MAIORIS, reſidens in monaſterio *Ecmeazin*, prope ciuitatem **Eruan* in Perſiâ: alter autem ARMENIÆ MINORIS, reſidens in ciuitate *Sis* in Ciliciâ, hodie dicta *Caramania*, ſub Turcarum imperio. Alij inſuper Primates ſeu Patriarchæ nationis Armenæ, fauore Turcarum creati reperiuntur, vt in vltimis Perſiæ finibus, atque in ipſâ etiam vrbe Conſtantinopolitanâ: ſuntque ferè exactores tributorum, quæ familiæ Armenicæ Turcis ſoluere coguntur, & quandoque Patriarcham Armeniæ maioris pro ſuo Superiore nolunt agnoſcere. Familiæ, quæ Patriarchæ maioris Armeniæ ſubſunt, excedunt numerum centum & quinguaginta millium, præter monaſteria plurima, Epiſcopos in ciuitatibus *Betlis, Caramit, Angur*, & aliis quamplurimis, ſacerdotes item, monachos & diaconos permultos.

* *Ereua*: aliis.

Patriarcha verò minoris Armeniæ habet ſub ſuâ obedientiâ XXIV. Prælatos, Epiſcopos & Ar-

Vide in cap. 16

Digitized by Google

& Archiepiſcopos, familiarum verò circiter viginti millia, in ciuitatibus caſtelliſque Syriæ & Ciliciæ agentia, præter cœnobia monachorum, ſacerdotes, clericos & diaconos quamplurimos. Huius nationis Patriarcha *Azarias*, ſeu *Azaria* profeſſionem Fidei à Leonardo Epiſcopo Sidonienſi ſibi propoſitam amplexus eſt, ſubſcriptamque cum epiſtolis ſuis ad Gregorium XIII. Romam tranſmiſit.

1584.

Spectat autem electio Patriarchæ minoris Armeniæ ad XII. Epiſcopos ſuperiores viciniores que Eccleſiæ Patriarchali. Quandoque tamen à populo Armeno, fauore & iuſſu Officialium Turcarum, Patriarchę creantur, & poſtmodum ab Epiſcopis & Archiepiſcopis conſenſum obtinent. Viuit autem Patriarcha ex oblationibus & eleemoſynis: antiquitus autem ex quaque domo Maidinum (qui tertia pars vnius Iulij ſeu Regalis eſt) quotannis recipiebat; quâ penſione ipſum Turca priuauit. Et modò ex continuis viſitationibus ſuæ nationis, vitæ ſibi neceſſaria congerit, & ex pœnis à ſubditis ſuis incurſis, fratres ſeruoſque ſuos alit.

Franc-Armeni. * *Nexinan* aliis. Vide infrà c. 21.

Inter Armenios eſt & natio *Franc-Armena*, quę ſub vno Archiepiſcopo in prouinciâ * *Neceuan*, atque in ipſâ Perſiâ, Latino Catholicoque ritu viuit, à B. Bartholomæo Epiſcopo Latino, ord. S. Dominici monacho, ad obedien-

dientiam ritumque S. Romanæ Eccleſiæ inducta.

Habent & * MARONITÆ ſuum in monte Libano Patriarcham, qui eumdem Leonardum Epiſcopum Sidonienſem, Gregorij XIII. Legatum humaniſſimè excepit.

Maronit
*Vide c.

Ceterùm Armeniorum ſchiſmaticorum hæreſes & errores ſunt ferè iidem cum erroribus Iacobitarum.

Dicunt in Chriſto Domino noſtro vnam naturam eſſe, vnam voluntatem, vnamque operationem.

Armenio rum Sch ſmaticor errores.

Dioſcorum colunt.

Tria ſolùm habent Concilia vniuerſalia.

Adiungunt Triſagio; *Qui crucifixus es pro nobis*.

Inſuper conſecrant in vino puro ſine aquâ. Sic Leonardus Epiſcopus Sidonienſis. De iiſdẽ agit & Vitriacus Hiſt. Orient. c. LXXIX. dicitq́; inter Armenos & Græcos inexorabiles id tẽporis fuiſſe diſcordias, quales & nunc exiſtũt.

CAPVT XVIII.

Ex Orientalibus Patriarchis & populis qui orthodoxi, qui ſchiſmatici.

EX omnibus nationibus Orientalibus Chriſtianis, ſola natio *Maronitarum* in monte Libano, & Armenij prouinciæ *Nece-*

uan

uan in Perſiâ, itemque *Chaldæi Aſſyrij* in ciuitate *Caramit* & *Seert*, partibuſque vicinis, verè ſolideque doctrinam S. Rom. Eccleſiæ amplectuntur: ceteræ autem aut hæreſes aut errores ſuos habent. *Iacobitæ* & *Armenij* dicunt in Chriſto vnam eſſe naturam, colunt Dioſcorum, nec admittunt Concilium IV. vniuerſale Chalcedonenſe. *Neſtoriani* colunt Neſtorium, nec admittunt primum Concilium vniuerſale Epheſinum, multoque minùs alia vniuerſalia Concilia pòſt celebrata. *Græci* in ſolitis ſuis ſchiſmatibus atque erroribus, per Concilium Florentinum damnatis, perſeuerant.

Atque hæc quidem, quæ de gentium Orientalium Patriarchis hactenus diximus, fideliter hauſimus ex manuſcriptis Relationibus *Leonardi Abelis*, Epiſcopi Sidonienſis, qui anno Chriſti cIↃ. IↃ. LXXXIII. à Gregorio XIII. Nuntius ac Viſitator Apoſtolicus in Orientem miſſus fuit. Ex quibus Relationibus id datur intelligi, Orientales iſtos Patriarchas plerumq; ſchiſmaticos eſſe: exceptis tamen MARONITARVM in monte Libano, & CHALDÆORVM in Aſſyriâ Patriarchis, qui conſtanter in orthodoxâ hactenus religione, & Romanæ Sedis obedientiâ perſtiterunt. noſtro tamen & maiorum æuo, non pauci aliarum quoque nationum Orientalium Patriar-

Maronitarum & Chaldæorũ Patriarchæ orthodoxi.

triar-

triarchæ cum ſuis ad Catholicæ Eccleſiæ caſtra redierunt.

Anno cIↄ. Iↄ. LV. *Moſes Mardenus*, Aſſyrius Iacobita, Patriarchæ Antiocheni Legatus, ſuo & Patriarchæ ſui nomine, Fidei profeſſionem Romæ fecit: quam ex autographo Syrico And. Maſius Bruxellenſis Latinè reddidit, & typis Plantinianis publicauit. Vt taceam Iacobitas, in Concilio Florentino œcumenico S. R. E. cõmunionem amplexos fuiſſe. *Iacobitæ facti orthodoxi.* Vide c. 15.

Mazelia Neſtorianorum in Muſal Patriarcha, monachum quemdam cum profeſſione ſuâ, litteriſque ad Gregorium XIII. Romam miſit: teſte eodem Leonardo Sidonio. Qui ſcribit & *Dauidem Ignatium*, Patriarcham Antiochenum, ab eodem Gregorio XIII. ſuæ electionis confirmationem petiiſſe. *Neſtoriani.* Vide c. 16.

Baronius Annalium tomo XII. ex Othone Friſingenſi narrat, *Legatos Armeniorum Epiſcoporum, eorumq́; Metropolitani (quem ipſi Catholicum, id eſt, Vniuerſalem, propter infinitum, id eſt, ampliùs quàm mille Epiſcoporum ſub ſe habentem numerum, vocant) ab vltimo penè Oriente, Eugenio III. omnem ſubiectionem anno* cIↄ. C. XLV. *Viterbij, ex parte illius Eccleſiæ, obtuliſſe.* *Armenij.* Vide c. 17.

Anno cIↄ. C. XXXVI. maximus Armeniorum Pontifex, imò omnium Epiſcoporum Cappadociæ, Mediæ, Perſidis, & vtriuſque Arme-

Armeniæ Princeps & doctor, qui Catholicus dicitur, Concilio Ieroſolymitano interfuit: teſte Tyrio, lib.xv.c.xviii. Temporibus Eugenij IV. anno cIↄ. cccc. xxxix. *Armeniorum Patriarchæ Legati* Florentiam *ad Synodum venerunt, & Summum Pontificem venerati fuerunt, dicentes ſe ſuamq́ Eccleſiam cum Catholicâ coniungi, atque ipſum Synodi decretum piè ſeruare velle:* vt in Actis Concilij Florentini legitur.

Leonardus Abel Epiſcopus Sidonienſis ſcribit in Armeniâ repertam à ſe hiſtoriam Armenam, de antiquâ vnione Romæ factâ inter Conſtantinum Imp. & Tiridatium Regem Armenorum, & ſanctum Silueſtrum & ſanctum Gregorium Armeniæ maioris, quem Illuminatorem vocant, quia per illum ad Fidem & Baptiſmum fuerunt illuminati.

Affirmabant iidem Armeni, Leonardo Epiſcopo iam dicto apud illos exiſtẽte, Reges ipſorum antiquitus in ciuitate *Sis* (quæ ſedes hodie eſt Patriarchæ Armeniæ minoris, vt ſuprà cap. xvii. diximus) à Legatis Sedis Apoſtolicæ inaugurari, & Patriarchas ipſorum conſecrari ſolitos; itemq́ue Armenos & Latinos ſemper confratres coniunctiſſimos & confœderatiſſimos fuiſſe.

Ad quam vnionem redintegrandam & confirmandam, præſtandamq́ue Sedi Apoſtolicæ obe-

obedientiam, Azaria Patriarcha Profeſſionem fidei à Sidonienſi Epiſcopo ſibi propoſi- 1584.
tam amplexus eſt, & ſubſcriptam ſigillatamque Romam tranſmiſit: vt ſuperiore capite commemorauimus.

Ceterùm in eadem ciuitate *Sis* præter caſtrum, quod Regis Armenorum eſſe ſolet, hodieq; munitiſſimum, viſuntur inſuper Palatia Regis & Reginæ:& iuxta idem Palatium duæ ſunt Eccleſiæ ſeu templa maxima,vnum Saluatoris,quod Regiam fuiſſe aiunt,alterum S.Sophię,quod Patriarchale fuiſſe adfirmant. Vtrumque leuibus expenſis reſtitui poſſet,ſed quia præalta, & ad modũ propugnaculorum ſunt, verentur ne reparata à Turcis occuparentur. Sperant autem id ipſum exequi, vbi Deo viſum fuerit dominiũ Chriſtianis reſtituere,& id ipſum inſtanter feruentiſſimis precibus expoſcunt, dicuntque: *Liberate nos à tyrãnide,quâ dilaniamur, ſtatimq; Latini fiemus.*

Sunt inſuper in eadem ciuitate *Sis*, duodecim alia templa ſeu capellæ, in quibus ſingulis diebus Dominicis & Feſtis diuinum officium & Miſſæ celebrantur, commodeque conſeruantur Imagines, & Cruces ex ære aut ferro confectæ. In capellâ S. Ioannis, honorificentiſſimè brachium S. Silueſtri Papæ, brachium S. Gregorij Archiepiſcopi Armeniæ maioris, dicti Illuminatoris, brachiumque S. Ni-

S. Nicolai, omnia in argento pretioſiſſimis gemmis expolito conſeruantur, Latinorum ritu. Eſt ibidem inſuper manus S. Barſomæ Syri, ſine vllo ornatu cælatitio. Quamplures habent libros Euangeliorũ Armenicâ linguâ conſcriptos, argentoque circumpolitos; thuribula quoque, & cruces argenteas, mitraſque aliquot antiquas Româ acceptas, & libros varios: quæ omnia à Sacerdotibus nationis nomine conſeruantur.

Ita Leonardus Abel Epiſcopus Sidonienſis: qui Azariæ minoris Armeniæ Patriarchæ, id temporis dono dedit mitram ex telâ aureâ, calicemque argenteum, cum patenâ & corporali, binaſque B. Virginis imagines, & alia nonnulla.

De Armenis agit & Vitriacus Hiſt. Orient. cap. LXXIX. qui inter alia tradit ipſos in ſacris vulgari linguâ vti illo æuo ſolitos; habuiſſe item proprium Primatem, quem *Catholicum* appellabant; adhæc Regem ipſorum *Leonem* ab Henrico V. Imp. Romano terram ſuam recepiſſe, & coronam regiam ab Archiepiſcopo Moguntino ſuſcepiſſe, atque id temporis obedientiam S. Romanæ Eccleſiæ ipſos promiſiſſe. Quibus de rebus vide & Baronium tom. XII. Annalium ex Arnoldo Lubecenſi fusè differentem, in rebus geſtis anni CIↃ. C. XCVII.

Anno

Anno cIↄ. Iↄc. vii. *Dauid* Armeniorum Patriarcha, & ſex Epiſcopi ſuffraganei, cum vniuerſo populo obedientiam Romano Pontifici præſtiterunt, coram Eremitis Auguſtinianis, in regiâ Perſarum vrbe, quam *Aſpahamum* nuncupant, litteraſque obedientiales, vt vocant, ad Paulũ V. miſerunt: vt ex Ant. Goueani libro De rebus geſtis Xaæ Abbatis regis Perſarum cõſtat. De Armeniorũ erroribus vide Bibliothecam veterũ Patrum tomo iv.

Anno cIↄ. Iↄ. xcv. *Gabriel* Patriarcha Alexandrinus, nationis Cophtorum, Legatos ſuos Romam ad Clementem VIII. miſit: quorum Legatorum profeſſio Fidei exſtat apud Baronium tomo vi. in fine. *Cophti.* Infrà cap. 19.

Anno m.cccc.xxxix. Concilio Florentino interfuerunt ac ſubſcripſerunt Patriarcha & Imperator Conſtantinopolitani, itemque Legati Patriarcharum Alexandriæ, Antiochiæ, & Ieroſolymorum. Sub Pio III. & Calixto III. aliiſque Pontificibus, Patriarchæ Græci Alexandrinus & Ieroſolymitanus obedientiam Eccleſiæ Rom. præſtiterunt. *Græci.*

Anno m. d. xcvi. *Rutheni* ſiue *Ruſſi* in communionem Eccleſiæ orthodoxæ à Clemente VIII. ſunt recepti: vt patet ex Fidei profeſſione à Kiouienſi Metropolitâ & ſex Epiſcopis ſuffraganeis ſignatâ. Baronij tomum vii. conſule, ad calcem. *Rutheni.*

CAPVT XIX.

Maronitarum in monte Libano, & Cophtorum in Ægypto, Patriarchæ.

EXTRA viam non iuero, ſi de *Maronitis, Cophtis, Franc-Armenis, Georgianis*, & *Abyſſinis* quædam ſubiunxero.

Maronitæ. MARONITÆ, vt dixi, Pontificis Rom. doctrinam conſtanter obſeruant, & Libanum Syrię montem ferè incolunt. Nonnulli tamen & Damaſci, Aleppi, atque in Cypro agunt. Horũ omnium Patriarcha ſedem habet in monte Libano, in loco qui dicitur *Chenubin*, ſiue in cœnobio monachorum ordinis S. Antonij, quod XX. paſſuum millibus diſtat à Tripoli Syrię vrbe, mercatu celebri. Huic ſuffraganei ſunt octo aut nouem Epiſcopi, vtunturque linguâ Chaldęâ in ſacris, Arabicâ autem vulgariter. Nationis huius Patriarcha, Innocentio III. Pontifice, Concilio Lateranenſi interfuit. Maronitarum hodie Patriarcha titulum P. Antiocheni ambit, allegatque diplomata à Paulo II. Hadriano VI. aliiſque Pontificibus data. In Hadriani VI. diplomate, XXII. die Octobris M.D.XXII. dato, ſic legitur: *Venerabili fratri Petro Patriarchæ, ſedẽti ſupra ſedem Antiochenã*, &c. De his plura vide apud Vitriacum l. I. c. LXXVIII. Tyrium l. XXII. c. VIII. &

Baro-

Baronium tomo XII. Annalium, in fine anni M. C. LXXXII.

Cophti ſiue Copti, homines Chriſtiani in Ægypto, hodieque circumciduntur: vnde & ſic dicti putantur, vocabulo à Græcis ſumpto. Syri eos vulgò Ægophtos nuncupant: & cenſet *And. Maſius eos ab Ægypto nomẽ iſtud trahere, quòd in eâ prouinciâ quamplurimi commorentur. Reperiuntur quoque non pauci inter Abyſſinos atque Æthiopes. *Gabriel* Patriarcha Alexandrinus, nationis Cophtorum, (vt ſuperiore capite diximus) Legatos ſuos Romam ad Clementem VIII. miſit: quorum Fidei profeſſionem Baronius tomo VI. ad calcem publicauit: quo loco plura de iiſdem reperies. Idem Clemens VIII. collegium inſtituit, ad Ægyptios & Cophtos in Vrbe educandos. Eugenio item IV. Pontifice, Cophti cum Græcis, Armeniis, Æthiopibus, & reliquis Orientalibus, in Concilio Florentino, catholicæ Eccleſiæ caſtris ſeſe adiunxerunt.

Cophti.

* In Noti ad Anaphoram B.Baſilij.

Anno 1595.

Capvt XX.

Franc-Armeni, homines Chriſtiani ritus Latini, in Armeniâ maiore.

Ad Armeniorum conuerſionem iam olim miſſus eſt beatus *Bartholomæus Paruus* Bononienſis, ord. S. Dominici ſodalis, & pri-

B. Bartholomæus Paruus, ord. S. Dominici.

& primus Archiepiſcopus Nexiuanenſis: qui non ſine opinione ſanctitatis defunctus, quieſcit in *Carnâ* opido ac monaſterio ſui ordinis. Ab iſto Bartholomæo, eiuſque ſociis, Armeniæ maioris incolæ doctrinam Orthodoxam hauſerunt, quam hodieque retinent, ideoque *Franc-Armeni* nuncupantur. Turcæ enim, Perſæ, aliique Orientis populi, Chriſtianos homines Europæos vulgò *Francos* nominant. Sunt autem Franc-Armenorum hodieque multa millia, quibus Archiepiſcopus *Nexiuanenſis* pręeſt, qui (vt & alij omnes illius prouinciæ ſacerdotes ac monachi) inſtitutum S. Dominici ſequitur. Opida, quæ Franc-Armeni ferè incolũt, ſunt iſta, *Nexiuanum*, *Abbaranum*, *Abbragonum*, *Carna*, *Saltach*, *Haſcaſſen*, *Meaſcen*, *Carſan*, *Xhabunis*, *Giahug*, *Caragus*, *Chenſug*, & *Artach*: quibus in opidis monaſteria non pauca Dominicani ſodales habent. Nexiuanenſis baſilica Archiepiſcopalis in Moſqueam per Mahumetanos eſt conuerſa: ideoque ſolet Archiepiſcopus reſidere in æde ac monaſterio Abbaranenſi, quod diei vnius ſpatio à Nexiuano diſtat. Fuit autem Nexiuanenſis baſilica cathedralis S. Thomæ Apoſtolo ſacra. Ad cuius Eccleſiæ Archiepiſcopatum à Clemente VIII. anno M. DC. IV. promotus eſt *Azarias Fridonius*, natione Armenus, ord. S. Dominici,

qui

qui confirmationis obtinendæ cauſsâ, ex Armeniâ in Vrbem venerat. Hæc ex Relatione eiuſdem Fridonij manuſcriptâ depromſimus. Nexiuanum porrò ſitum eſt in Armeniâ maiore, diſtatque ab vrbe *Tauriſio* & à *Gange* ſex dierum itinere, trium verò ab *Ereuan* & *Cars* opidis: quæ loca Perſæ Turcis circa annum M. DC. IV. eripuerunt. De his Antonium Goueanum libro De rebus geſtis Xaæ Perſarum Regis conſule.

CAPVT XXI.

Georgiani, Æthiopes Orientales ſeu Abyſſini, Tartari, Thomæi, aliique Chriſtiani.

GEORGIANI, veteribus Iberi Aſiatici, olim agnoſcere ſolent Patriarcham Conſtantinopolitanum: ſed hodie ab eo ſunt alieni, vtpote inter Perſas nunc potiſſimùm viuentes; nec à doctrinâ Eccleſiæ Romanæ valdè abhorrentes. Subſunt variis Principibus ac dominis. Inter alios fuit *Alexander Cainus*, qui cum tribus hominum millibus iuuit Perſarum Regem ad Tauriſium Medorum vrbem, aliaque opida anno M. DC. IV. Turcis eripienda. Vitriacus hiſt. Orient. cap. LXXX. ſcribit eos nuncupari Georgianos, eò quòd *S. Georgium, quem in prælijs ſuis* *Georgiani vnde ſic dicti.*

contra gentem incredulam habent patronum, cum ſummâ reuerentiâ colant, & præ aliis Sanctis ſpecialiter honorent. Addit eoſdem *in confinio Perſarum, Medorum & Aſſyriorum commorari, & Græcorum idiomate in Scripturis diuinis vti, Græcorumq́; conſuetudines in Sacramentis obſeruare.* Habent iidem ſuos hodie Epiſcopos ac monachos: vt ex Relationibus Auguſtinianorum è Perſiâ miſſis didici. De Georgianis vide plura in Relationibus Ioannis Perſæ, Madriti Hiſpanicè editis, anno Chriſti M. DC. VIII.

Aethiopes & Abyſſini. ÆTHIOPES inter Chriſtianos admodũ vetuſti, partim à S. Matthæo Apoſtolo, partim ab Eunucho Candacis Reginæ Æthiopum, per Philippum baptizato, Chriſti doctrinam acceperunt. Sed religionis ſinceritatem Iudaicis ceremoniis inquinantes, hodie & baptizantur, & circumciduntur: ſolentque à Patriarchâ * Alexandrino, variis erroribus infecto, credendi regulam petere. Propter longinquitatem porrò terrarum, iampridem nullo commercio cum Europæis iungebâtur; donec Luſitani nauigatione in Æthiopiam delati, ad Regem (quem *Prete-Ianem* vulgò vocant) peruenerunt. Quorum conſuetudine permotus *Dauid*, Æthiopum Orientalium ſeu Abyſſinorum Rex, *Emanuelis* Luſitaniæ Regis amicitiam appetiit, & ad *Clementem VII.* ſcri-

*Vide ſup. cap. 11. & 14.

Google

ſcripſit, agnoſcere ſe Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem: optare idcircò & petere, vt in Æthiopiam Doctores mittat. Acta quidem tunc res ea diligenter, ſed perturbatione temporum impedita, & ad *Iulium III.* vſque protracta eſt. Qui rei magnitudine, & *Ioannis III.* Luſitaniæ Regis precibus adductus, *Ioannem Nonnium* Luſitanum, Societ. IESV presbyterum, Æthiopiæ Patriarcham conſtituit; *Andream Ouiedum*, & *Melchiorem Carnerum*, Epiſcopos creauit, & Patriarchæ comites cũ aliis aliquot adiunxit. Quos omnes idem Rex Ioannes cum claſſe in Indiam miſit, vt inde ad *Claudium* Regem, Dauidis iam mortui ſucceſſorem, in Æthiopiam traiicerent. Sed Claudio in auitis erroribus & impiâ ſeceſſione perſtante, legatio iſta tota euanuit.

Exſtat & apud Baronium tomo XII. Annalium, ex Rogerio rerum Anglicarum ſcriptore, Epiſtola Alexandri III. Papæ ad Abyſſinorum ſiue Indorum Regem anno M.C.XVII. miſſa. A quo quidem Pontifice, ſiue ab alio, *conſtat Aethiopibus regni Preteianni, Abyßinis dictis, datam eccleſiam S. Stephani Protomartyris in Vrbe, vnà cum eius habitationibus, ſitam poſt abſidem Baſilicæ S. Petri, quam in hanc vſque poßident diem*: vt citato loco Baronius loquitur.

Ceterùm Rex Æthiopum non ſimul eſt ſummus apud ſuos Pontifex, vt vulgus exiſtimat, *Presbyteri Ioannis* nomine deceptum; ſed præter Regem, habet alium Patriarcham, penes quem eſt poteſtas rerum ſpiritualium: vt Damianus Goeſius Luſitanus, & Franc. Titelmannus Belga, in ſuis de religione moribuſque Æthiopum libris teſtantur. De Catholico ſeu Primate Æthiopiæ, cuius mentio in Canonibus Arabicis Concilij Nicæni, ſuprà cap. XIV. egimus. Inter Abyſſinos porrò multi commorantur Luſitani, nominatim in tribus hiſce opidis *Tigare, Dambeâ*, imperij Abyſſini ſede, & *Dai*: vt legitur tomo II. Epiſtolarum Indicarum pag. 802. ab Haio Antuerpiæ euulgatis.

Patriarcha Aethiopũ.

Tartari. TARTAROS religionem Chriſtianam ſeriò amplexos lego, tempore Nicolai IV. in Concilio II. Lugdunenſi. Lego item à Clemente V. Ioannem à Monte Coruino, ordinis Minorum, circa annum M. CCC. V. Tartaris datum Archiepiſcopum Cambalienſem ſeu Cambalnenſem, fortè Cumbalichenſem. Et verò ſunt hodieque non paucę apud Tartaros Catholicæ Italorum familiæ, in his *Spinulæ*; vt ex fidâ relatione didici.

Thomæi. THOMÆI Chriſtiani à S. Thomâ Apoſtolo ad Chriſtum conuerſi, habitant in Indiâ Orientali in tractu Meliaporenſi, per Goanos

Archi-

Archiepiſcopos, in his Alexium Menezium, à Neſtorianorum erroribus expurgati. Eſt autem Meliapora Luſitanorum opidum maritimum, S. Thomæ nomine ac ſepulcro nobile: de quo fusè Maffeius, & alij rerum Indicarum ſcriptores. Thomæorum iſtorum Antiſtes eſt Epiſcopus Angamalenſis, olim Neſtorianus, nunc orthodoxus cum populis ſibi ſubditis.

Sunt & alij in Oriente homines Chriſtiani, quos *Chriſtianos S. Ioannis Baptiſtæ* nuncupant. Hi ſedem habent circa Tigrim & Euphraten fluuios: quibus & ſui ſunt Epiſcopi. Plura qui volet de Chriſtianorum Orientalium nationibus; conſulat Vitriacum lib. 1. hiſt. Orientalis, Poſſeuinum in Apparatu ſacro, Iac. Nauarchum in Epiſtolâ Aſiaticâ, Louanij cum Indicis epiſtolis an. M. D. LXX. editâ, & R. P. Thomam à Ieſu, Carmelitam Diſcalceatum, lib. De ſalute omnium gentium procurandâ.

Chriſtiani S. Ioannis Bapt.

CAPVT XXII.

Catholici & Primates qui olim & nunc dicti.

CATHOLICI nomen apud varias olim gentes titulus fuit dignitatis. Sic *Armenij* Patriarcham ſeu Primatem ſuum vocabant

Catholicu[s] Armenia[e].

Catholicum, id eſt, vniuerſalem, quòd mille ampliùs Epiſcopos ſub ſe haberet, vt ex Othone Friſingenſi ſuprà cap. XVIII. commemorauimus. Tales fuerunt & Catholici duo, ſub Patriarchâ olim Antiocheno, vnus *Perſiæ*, alter *Bagdacenſis*; ſub quibus ſex prouinciæ continebantur, vt ex Vitriaco ſup. cap. XII. oſtendimus. Apud Syros hodie idem eſt *Catholicus* quod *Patriarcha*, & ſolent vtrouis vocabulo indifferenter vti: vt patet ex priore Epiſtolâ Neſtorianorum, anno M. D. LII. ex Mozal ſcriptâ, atque ab And. Maſio publicatâ. De Catholico ſeu Primate *Aethiopiæ* vide ſup. c. XIV. Itaque *Catholicus* apud Orientales idem eſt quod apud nos *Patriarcha* aut *Primas*.

Perſiæ. *Bagdacenſis.* *Aethiopia.*

De PRIMATIBVS exſtat Lex Caroli Magni lib. VII. Capitul. ab Anſegiſo collectorum, cap. CCC. XXXVI. *Nulli alij Metropolitani appellentur Primates, niſi illi qui primas ſedes tenet, & quos SS. Patres ſynodali & Apoſtolicâ auctoritate Primates eſſe decreuerant. Reliqui verò, qui alias Metropolitanas ſedes ſunt adepti, non Primates, ſed Metropolitani vocentur.*

Primates & Metropolitani.

In Galliâ plures Antiſtites Primatis titulum affectant. Conſtat autem à Romanis prouinciarum deſcriptionibus (quas nemo negèt in Galliis ab Eccleſiâ quōdam obſeruatas) ipſos Galliarum Primatus originem habuiſſe. Itaque

Vide ſuprà cap. 5.

Google

que *Lugdunenſis* Epiſcopus quattuor Lugdunenſium prouinciarũ Primatum meritò ſibi vindicat; vt *Bituricenſis* vtriuſque Aquitaniæ & Nouempopulaniæ; *Narbonenſis* primæ & ſecundæ Narbonẽſis; & *Viennenſis* prouinciarum Viennenſiũ. Tribuitur & *Senonenſi* titulus Primatis ab Aimoino, lib. v. cap. xxxiii. vt & *Rotomagenſi* à quibuſdam. De contentionibus inter *Viennenſem* & *Arelatenſem* ſuper Primatu, vide Choppini Politiam ſacram, Ioannis à Boſco Bibliothecam Floriacenſem, & Ioſ. Scaligeri Epiſtolas aliquot ad Car. Labbæum datas, vulgataſque cum Operibus eiuſdem poſtumis, Lutetiæ M. DC. X.

Berteriu l.2.c.4.

Germaniæ primæ & ſecundæ Primatus iure optimo quondam *Moguntino* delatus eſt. Poſteà tamen *S. Norbertus*, ex ordinis Præmonſtratenſis fundatore, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ab Innocentio II. Papâ & 1131 Lothario Imp. Primatus Germaniæ titulum Eccleſiæ ſuæ *Magdeburgenſi* impetrauit.

In Hiſpaniâ *Toletanus*, *Bracarenſis*, *Hiſpalenſis*, & *Tarraconenſis* Archiepiſcopi de Primatu contendunt. Sed Toletanus iura atque auctoritatem Primatis hodie obtinet, crucemque totâ Hiſpaniâ præ ſe ſublimem ferri iubet. Quâ de re vide Marianam rerum Hiſpaniæ lib. IX. cap. XIX.

Sic & in Britanniâ vetus inter *Cantuarien-*

Digitized by Google

ſem & *Eboracenſem* de Primatu eſt controuerſia: de quâ fusè differunt Neubrigenſis, Camdenus, aliique rerum Britannicarum ſcriptores.

Pontificum porrò Romanorum beneficio, Scotiæ Primas eſt Archiepiſcopus *Sanct-Andreanus*, Hiberniæ *Armachanus*, Poloniæ *Gneſnenſis*, Hungariæ *Strigonienſis*, Bohemiæ *Pragenſis*, Daniæ *Lundenſis*, Sueciæ *Vpſalienſis*, regni Seruiæ *Antibarenſis*. De *Carthaginienſi* in Africâ, deque *Aquileienſi*, *Veneto*, *Piſano*, aliiſque Patriarchis ſeu Primatibus (quibus nominibus nonnulli indifferenter vtuntur) diximus ſuprà capp. IV. & XIV.

CAPVT XXIII.

Metropolitani & Archiepiſcopi an iidem. Pallium quid. Epiſcopi ſuffraganei duplicis generis.

METROPOLIS à veteribus pro vrbe præcipua cuiuſque prouinciæ vſurpatur. A Metropoli dicti ſunt Metropolitani Epiſcopi, qui prouinciæ præerant, & aliquot ſub ſe Epiſcopos ſuffraganeos habebant, qui poſteà & *Archiepiſcopi* dicti ſunt. Quę duo nomina pro iiſdem in Eccleſiâ Latinâ habentur, Hadrianus Papa in Collectione canonum ad

Epiſc. Mediomatricum: *Qui in metropoli ſedet, aut Metropolitanus, aut Archiepiſcopus vocetur*. In Eccleſiâ Græcanicâ atque Orientali videntur Metropolitani Archiepiſcopis dignitate potiores fuiſſe. Certè in Leonis Imp. Diſpoſitione, poſt LXXXI. Metropoles cum ſuffraganeis Sedibus enumeratas, mox ſubiunguntur XXXVIII.* Archiepiſcopatus, *Suprà Patriarchæ olim Conſtantinopolitano itidem ſubiecti. cap.10. Sic & Patriarcha Antiochenus, præter Sedes Metropolitanas, habuit inſuper Archiepiſcopatus XII. ſibi ſubditos, vt ex Tyrio ſuprà docuimus. Cap.12. Sed Archiepiſcopos iſtos Græcanicos atque Orientales obſeruo ſine Epiſcopis ſuffraganeis exſtitiſſe.

PALLIVM porrò eſt *inſigne Archiepiſcopalis dignitatis*, vt Paſchalis II. loquitur. A Græcis* *Stola Pontificalis* vocatur. Pallio* *Synodo IV. Conſtantinop.* vtūtur *Pontifex Maximus, Patriarchæ, Primates, Metropolitani* ſiue *Archiepiſcopi*. His adduntur pauci ex priuilegio Epiſcopi, vt in Italiâ *Oſtienſis*, *Lucenſis*, & *Papienſis*, in Galliâ *Dolenſis*, & in Germaniâ *Bambergenſis*. *Pallium quid.* Eſt autem Pallium circulus ex ſubtili panno, quattuor aut quinque digitorum amplitudine, ex quo duæ ex eodem panno propendent faſciæ; ita vt cùm circulus humeris Antiſtitis impoſitus fuerit, duæ illæ faſciolæ à pectore & à tergo dependeant.

Epi-

Epiſcopi ſuffraganei duplicis generis.

Epiſcopi hodie *Suffraganei* vulgo ſunt ij, qui *Titulares* nuncupantur, ſic dicti quòd alicuius Epiſcopatus, in quo verſari non poſſunt, titulum gerant. Olim *Suffraganei* dicti Epiſcopi, qui Metropolitano ſeu Archiepiſcopo ſubditi erant: partim quia ab hoc ad Synodum vocati, ſuffragij ius in eâ habebant,* partim quia non niſi Metropolitani ſuffragio poterant conſecrari. Poſterioris generis *Suffraganei* nobis erunt, qui infrà ſub ſuis ſinguli Metropolitanis, ſiue Archiepiſcopis, in Codice Prouinciali veteri & nouo recenſebuntur.

*Iuo p. 5. can. Prim. vt extra.

CO-

CODEX
PROVINCIALIS
VETVS,
SIVE
PROVINCIALE
OMNIVM ECCLESIARVM
CATHEDRALIVM
VNIVERSI ORBIS,
EX LIBRO CANCELLARIÆ
APOSTOLICÆ EXCERPTVM.

Digitized by Google

Aub. Miræus Lectori S. D.

E*Xſtat libellus de Epiſcopatibus orbis Chriſtiani, ex codice Cancellariæ, vt titulus præfert, Apoſtolicæ, ab aliquot retrò ſæculis excerptus, & Romæ an.* M.D.III. *cum Practica Cancellariæ Apoſtolicæ, pòſt Lugduni & alibi ſeorſim editus: quem vulgò* Prouinciale Romanum *nuncupant. Huius libelli varia exemplaria dum quæro, oportunè mihi, Lutetiæ negotiorum causâ agenti, quattuor manuſcripta in manus obuenerunt. Ex his vetuſtiſſimum erat Victorinum, quod in D. Victoris, ad muros Pariſienſes, repperi: vtpote in quo nec* Genuenſis *in Italiâ, nec* Compoſtellanus, Hiſpalenſis, *aut* Oliſiponenſis *in Hiſpaniâ, nec* Rigenſis *in Liuoniâ, nec alij alibi à quattuor aut quinque ſæculis inſtituti Archiepiſcopatus memorentur. Vt taceam antiquiſſimi apud Hiſpanos Archiepiſcopatus* Emeritani *in eo fieri mentionem.* Codicem *itaque* Prouincialem veterem, *ſexcentis ampliùs locis (vt nihil temporum iniuriæ magis obnoxium, nihilque librariorum erroribus magis expoſitum eſt, quàm propria locorum nomina) emendatum hîc damus. Ex quo quidem veterem Eccleſiæ faciem licebit agnoſcere: vt præſentem ſtatum in* Codice Prouinciali nouo, *quem ſubnectemus, dabitur intueri. Vale.*

NOTITIÆ EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI LIBER SECVNDVS: SIVE CODEX PROVINCIALIS VETVS.

IN ciuitate Romanâ ſunt quinque Eccleſiæ, quæ Patriarchales dicuntur.

I. Eccleſia S. IOANNIS LATERANENSIS, quæ conſueuit abere Priorem ordinis S. Auguſtini, modò ecanum. II. Eccleſia S. PETRI, quæ habet rchipreſbyterum, qui debet eſſe Cardinalis. I. Eccleſia ſeu monaſterium S. PAVLI, tra muros Vrbis: quod habet Abbatem ornis S. Benedicti. IV. Eccleſia S. MARIÆ AIORIS, quæ habet Archipreſbyterum, i debet eſſe Cardinalis. V. Eccleſia ſeu onaſterium S. LAVRENTII, extra uros Vrbis: quod habet Abbatem ordinis Benedicti.

Quibus Eccleſiis adſignati ſunt Dominus Papa, & ſex Epiſcopi Cardinales infrà ſcripti, I. Oſtienſis & Veliternus. II. Portuenſis & S. Rufinæ. III. Sabinenſis. IV. Prænestinus. V. Tuſculanus. VI. Albanenſis.

NOTATIO EX ONVPHRIO.

I. In Baſilicâ Lateranenſi, qui vices D. Papæ ageret, antiquitus erat Prior, cum Canonicis regularibus ord. S. Auguſtini: nunc habet Archipreſbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares, ibidem à Bonifacio VIII. conſtitutos, amotis Regularibus.

II. Baſilica S. Petri in Vaticano, Conſtantinop. Eccleſiæ titulum gerens, habet Archipreſbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares.

III. Baſilica S. Pauli, Alexandrinam Eccleſiam repræſentans, pro Rectore habet Abbatem & monachos ord. S. Benedicti.

IV. Baſilica S. Mariæ Maioris, Antiochenam Eccleſiam deſignans, habet Archipreſbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares.

V. Baſilica S. Laurentij, Ieroſolymitanam Eccleſiam referens, quæ olim habebat Abbatem, & monachos, nunc eſt in Commenda, habetque Canonicos regulares S. Saluatoris de Scopeto.

Sic Onuphrius libro De Epiſcopatibus, Titulis & Diaconiis Cardinalium.

Reliquis autem Vrbis Eccleſiis & Diaconiis adſignati ſunt Preſbyteri & Diaconi Cardinales infrà ſcripti.

PRE-

Digitized by Google

PRESBYTERI CARDINALES XXVIII.

Tituli S. Crucis in Ieruſalem.
Tit. SS. Marcellini & Petri.
Tit. SS. quattuor Coronatorum.
Tit. SS. Ioannis & Pauli.
Tit. S. Anaſtaſiæ.
Tit. S. Sabinæ.
Tit. S. Stephani, in Cœlio monte.
Tit. S. Clementis.
Tit. SS. Nerei & Achillei.
Tit. S. Suſannæ.
Tit. S. Potentianæ.
Tit. S. Sixti.
Tit. S. Petri ad vincula.
Tit. S. Martini in montibus.
Tit. S. Euſebij.
Tit. S. Priſcæ.
Tit. S. Vitalis.
Tit. S. Cyriaci, in Thermis.
Tit. S. Marci.
Tit. S. Marcelli.
Tit. S. Laurentij in Lucinâ.
Baſilicæ XII. Apoſtolorum.
Tit. S. Laurentij in Damaſo.
Tit. S. Balbinæ.
Tit. S. Cæciliæ.
Tit. S. Chryſogoni.
Tit. S. Praxedis.
Tit. S. Mariæ trans Tiberim.

Cardinalium Tituli à quibus Pontificibus mutati ſint, diſſerit Onuphrius lib. cit.

DIACONI CARDINALES XVIII.

S. Luciæ in Septem Soliis.
S. Mariæ in Aquiro.
S. Theodori.

S. Mariæ in Coſmedin.
SS. Coſmæ & Damiani.
S. Mariæ Nouæ.
S. Hadriani.
S. Mariæ in Viâ latâ.
S. Mariæ in Porticu.
S. Angeli.
S. Nicolai in carcere Tulliano.
S. Mariæ in Domnicâ.
S. Euſtachij.
S. Luciæ in Cilice.
S. Luciæ inter Imagines.
S. Viti in Macello.
S. Agathæ.
SS. Sergij & Bacchi.

EPISCOPI CARDINALES.

Oſtienſis & Veliternus.
Portuenſis & S. Rufinæ.
Sabinenſis.
Præneſtinus.
Tuſculanus.
Albanenſis.

EPISCOPI PROVINCIÆ ROMANÆ.

Anagninus.
Signinus.
Ferentinus.
Alatrinus.
Verulanus.
Terracinus.
Soranus.
Fundanus.
Aquinas.
Caietanus.
{ Aquilenſis.
{ Furconenſis.
*Iſti duo ſunt vniti. **quod** hac ipsâ notâ deinceps ſignabitur.*
Aprutinus.
Marſicanus.
Valuenſis.
Theatinus.
{ Pennenſis.
{ Atrienſis.
Aſſiſinas.
Fulginas.
Nucerinus.
Eugubinus.
Spoletinus.

Rea-

Reatinus.
Tudertinus.
Amerinus.
Narnienſis.
Interamnenſis.
{ Sutrinus.
Nepeſinus.
{ Ciuitatenſis.
Ortanus.
Balneoregienſis.
{ Montis Flaſconis.
Cornetanus.
{ Viterbienſis.
Tuſcanenſis.
Caſtrenſis.
Vrbeuetanus.
Suanenſis.
Cluſinus.
Peruſinus.
Aricinus.
Caſtellanus.
Groſſetanus.
Volaterranus.
Senenſis.
Piſtorienſis.
Florentinus.
Feſulanus.
Lunenſis.
Sarſanenſis.

Cortonenſis.
Eſculanus.
Firmanus.
Camerinenſis.
Auximanus.
Numanẽſis, ſiue Humanenſis.
Anconitanus.
Recinetenſis.
Æſinus.
Senogallienſis.
Callienſis.
Fanenſis.
Piſaurienſis.
Foroſempronienſis.
Ariminenſis.
Ferentanus ſeu Feretranus.
Vrbinas, ſeu S. Leonis

IN SICILIA.

PANORMITANVS Archiepiſcopus: cui ſunt ſuffraganei Epiſcopi,

Agrigentinus.
Mazarenſis.
Melitenſis.

MONTIS REGALIS ARCHIEPISC.

Siracuſanus.
Catanenſis.

MESSANENSIS A.

Cephalœdienſis.
Pactenſis & Liparenſis, ſunt vniti.

S. SEVERINÆ A.

Vmbraticenſis.
S.Leonis, Græcus.
Bellocaſtrenſis.
Sitouienſis.
Inſulenſis.
Geruntinenſis.
Strongulenſis.

IN CALABRIA.

RHEGIENSIS A.

Caſſanenſis.
Neocaſtrenſis.
Catacenſis.
Cotronienſis.
Tropienſis.
Oppidanus.
Bouenſis.
Giracenſis.
Scyllacenſis.
Nicoterenſis.

CONSENTINVS A.

Marturanenſis.

ROSANENSIS A.

*Biſinianenſis.

Exemptis à iuriſdictione Archiepiſcopali deinceps aſteriſcum præfigemus.

IN APVLIA.

TARENTINVS A.

Motulenſis.
Caſtellanetenſis.

BRVNDISINVS A.

Oſtunenſis.

HYDRVNTINVS A.

Caſtrenſis.
Gallipolitanus.
Leccienſis.
Vgentinus.
Leucenſis.
*Neritonenſis.

BARENSIS A.

Bitontinus.
Melphitanus.
Iuuenacenſis.
Rubenſis.
Salpenſis.

Po-

Poligniacenſis.
Catherenſis.
Lauellinus.
Bitetenſis.
Mineruienſis.
Conuerſanus.

TRANENSIS A.

Vigilienſis.
Andrenſis.
* Veſtanus.
* Troianus.
Melphienſis.
* Monopolitanus
* Rapollenſis.

COMPSANVS A.

Murenſis
Belfinenſis.
Satrianenſis.
Montis Viridis.
Laquedonenſis.
S. Angeli de Lombardis.
Biſacienſis.

BENEVENTANVS ARCHIEPISCOPVS: cuius ciuitas eſt Romanæ Eccleſiæ.

Teleſinus.
S. Agathæ.
Aliphanus.
Montis Marani.
Montis Cornuti.
Auellinus.
Vicanus.
Arianenſis.
Boianenſis.
Aſculanus.
Turribinenſis.
Lucerinus.
Dragonarienſis.
Vulturanus.
Alarinus.
Florentinus.
Ciuitatenſis.
Termulanus.
Larinenſis.
Frequentinus.
Triuentinus.
Bouinenſis.
Guardienſis ſiue Alfanenſis.

SALERNITANVS A.

Caputaquenſis.
Policaſtrenſis.
Sarnenſis.
Acernenſis.
Marſicenſis.
* Rauellenſis.

* Nuſcanus.

AMALPHITANVS A.

Capricanus.
Scalenſis.
Minorenſis.
Litteranenſis.

SVRRENTINVS A.

Lubrenſis.
Salpenſis.
Aquenſis.
Caſtelli maris.

NEAPOLITANVS A.

* Auerſanus.
Nolanus.
Puteolanus.
Cumanus.
Acerranus.
Iſclanus.

CAPVANVS A.

Theanenſis.
Caluenſis.
Calenenſis.
Caſertanus.
Sueſſanus.
Venafranus.
Caiacenſis.
Iſernienſis.
* Caſinenſis.

IN TVSCIA.

PISANVS A.

Maſſenſis.
Aiacenſis.
Alerienſis.
Sagonenſis.

IN LIGVRIA.

GENVENSIS A.

Bobienſis.
Albingaunenſis.
Naulenſis.
Marianenſis.
Accienſis.
Nebienſis.
Brumacenſis.

IN SARDINIA.

CARALITANVS A.

Sulcitanus.
Dolienſis.
Suellenſis eſt vnitus cum Caralitano.

TVRRITANVS A.

Sorienſis.
Plonatenſis.
Ampurienſis.
Gaſſarenſis.

Ca-

:aſtrenſis.
)thanenſis.
ɩoſſanenſis.

ARBORENSIS A.

'ſellenſis.
. Iuſtæ.
'erræ albæ.
Ciuitatenſis.
Galtellinenſis.

IN FLAMINIA.

RAVENNENSIS A.
Hadrienſis.
Comaclenſis.
Ceruienſis.
Foro-Liuienſis.
Foro-Popilienſis, ſeu Britonorianus.
Cæſenas.
Bobienſis.
Sarſinenſis.
Fauentinus.
Imolenſis, ſeu Foro-Cornelienſis.
Bononienſis.
Mutinenſis.
Rhegienſis.
Parmenſis.

IN LONGOBARDIA

MEDIOLANENSIS A.
Bergomenſis.
Brixienſis.
Cremonenſis.
Laudenſis.
Nouarienſis.
Vercellenſis.
Iporienſis.
* Papienſis.
Taurinenſis.
Aſtenſis.
Aquenſis.
Albenſis.
Dertonenſis.
Sagonenſis.
Intemelienſis.
* Placentinus.
* Ferrarienſis.

IN DALMATIA.

AQVILEIENSIS Patriarcha: cui ſunt ſuffraganei,
Mantuanus.
Comenſis.
Tridentinus.
Veronenſis.

Marauenſis.
Paduanus.
Vicetinus.
Taruiſinus.
Concordienſis.
Cenetenſis.
Feltrenſis.
Bellunenſis.
Polenſis.
Parentinus.
Tergeſtinus.
Petinenſis.
Iuſtinopolitanus.
Æmonienſis.

IN ISTRIA.

GRADENSIS PATRIARCHA.

Caſtellanus ſiue Venetus.
Torcellanus.
Equilenſis.
Caprulienſis.
Clodienſis.
Ciuitatis nouæ.

IADERENSIS A.

Anſarenſis.
Veglienſis.
Arbenſis.

IN SCLAVONIA.

SPALATENSIS A.

Tragurienſis.
Pharenſis.
Segnienſis.
Scardonenſis.
Ottocienſis.
Nonenſis.
Croiacenſis.
Carbonamenſis, nũc Modruſienſis.
Tinienſis.

RAGVSINVS A.

Stagnenſis.
Garzalenſis.
Boſſenſis.
Tribunienſis.
Roſonenſis.
Buduanenſis.

ANTIBARENSIS A.

Dulcinienſis.
Driuaſtrenſis.
Suacinenſis
Polaneſtrenſis.
Scodrenſis.
Arbanenſis.
Sierbienſis.
Eiaterenſis.

IN

N HVNGARIA.

ſTRIGONIENSIS A.
griensis.
itrienſis.
aciensis.
uinqueccleſienſis.
eſprinienſis.
urinenſis.
COLOCENSIS A.
agrabienſis.
lbæ Iuliæ, in Tranſ-
ſiluania.
rmienſis.
oſnenſis.
hanadienſis.
aradienſis.
lermanſtadenſis.

IN POLONIA.

GNESNENSIS A.
ratiſlauienſis.
Maſouienſis.
Camenenſis.
locenſis.
Cracouienſis.
oſnanienſis.

Vratiſlauienſis ſeuPo-
meranienſis.
Lubuſſenſis.

IN ALEMANNIA.

MOGVNTINVS A.
Pragenſis.
Olomucenſis.
* Bambergenſis.
Herbipolenſis.
Paderbornenſis.
Conſtantienſis.
Curienſis.
Argentinenſis.
VVormatienſis.
Verdenſis.
Spirenſis.
Hildeſ-heimenſis.
Haſberſtadenſis.
Auguſtanus.
COLONIENSIS A.
Leodienſis.
Traiectenſis ſiue Vl-
traiectenſis.
Monaſterienſis.
Mindenſis.
Oſnabrugenſis.
BREMENSIS A.
Barduicenſis.

Sleſ-

Sleſuicenſis.
Raſeburgenſis.
Suerinenſis, ſeu Mechelburgenſis.
Lubecenſis.

RIGENSIS A.

Oiſelenſis.
Derptenſis, ſeu Topatenſis.
Gerlandenſis, ſiue Curienſis.
Culmenſis.
Sambienſis.
* Varmienſis.
Pomeſanienſis, in inſula B. Mariæ.
Ruthenenſis.

MAGDEBVRGENSIS A.

Hauelburgenſis.
Brandeburgenſis
Miſnenſis.
Merſeburgenſis.
Naumburgenſis.

SALISBVRGENSIS A.

Patauienſis.
Ratiſbonenſis.
Friſingenſis.
Brixinenſis.
Gurcenſis.
Lauentinenſis.
Chiemenſis.
Seccouienſis.

TREVERENSIS A.

Metenſis.
Tullenſis.
Virdunenſis.

VESONTIONENSIS A.

Baſileenſis.
Lauſanenſis.
Bellicenſis.

IN GALLIA.

VIENNENSIS A.

Valentinus.
Dienſis.
Viuarienſis.
Gratianopolitanus.
Maurianenſis.
Geneuenſis.

LVGDVNENSIS A.

Eduenſis ſiue Auguſtodunenſis.
Matiſconenſis.
Lingonenſis.
Cabillonenſis.

TARENTASIENSIS A.

Sedunenſis.
Auguſtanus.

EBRÓ-

BRODVNENSIS A.
nienſis.
icienſis.
raſſenſis.
netenſis.
landeuenſis.
encienſis.
AQVENSIS A.
otenſis.
ro-iulienſis.
cienſis.
apincenſis.
ſtaricenſis.
ARELATENSIS A.
aſſilienſis.
aenionenſis.
olonenſis.
abellicenſis.
arpentoractenſis.
ſionenſis.
auſicenſis.
ricaſtinus.
SENONENSIS A.
riſienſis.
arnotenſis.
urelianenſis.
iuernenſis.
ntioſodorenſis.
ecenſis.

Meldenſis.
REMENSIS A.
Sueſſionenſis.
Catalaunenſis.
Cameracenſis.
Tornacenſis.
Morinenſis.
Atrebatenſis.
Ambianenſis.
Nouiomenſis.
Siluanectenſis.
Bellouacenſis.
ROTOMAGENSIS A.
Baiocenſis.
Abrincenſis.
Sagienſis.
Lexouienſis.
Conſtantienſis.
TVRONENSIS A.
Cenomanenſis.
Redonenſis.
Andegauenſis.
Nannetenſis.
Coriſopitenſis.
Venetenſis.
Briocenſis.
Trecorenſis.
Leonenſis.
* Dolenſis.

Ma-

Maclouienſis.

BITVRICENSIS A.

Claromontenſis.

S. Flori.

Rutenenſis.

Vabrincenſis.

Cadurcenſis.

Lemouicenſis.

Tutelenſis.

Caſtrenſis.

Mimatenſis.

* Auicienſis.

Albienſis.

BVRDIGALENSIS A.

Pictauienſis.

Santonenſis.

Malleacenſis.

Lucionenſis.

Sarlatenſis.

Condomenſis.

Engoliſmenſis.

Petracoricenſis.

Aginnenſis.

AVSCENSIS A.

Aquenſis.

Lectorenſis.

• Conuenenſis.

Conſoranus.

Tarbienſis.

Oloronenſis.

Laſcurienſis.

Adurenſis.

NARBONENSIS A.

Carcaſſonenſis.

Biterenſis.

Agathenſis.

Toloſanus.

Magalonenſis.

Vceticenſis.

Elnenſis.

Lodeuenſis.

IN HISPANIA.

TARRACONENSIS A.

Barcinonenſis.

Gerundenſis.

Vicenſis.

Ilerdenſis.

Oſcenſis.

Turiaſonenſis.

Calagurritanus.

Vrgelitanus.

Cæſarauguſtanus.

Dertuſanus.

Pompelonenſis.

Valentinus.

Maioricenſis.

To-

TOLETANVS A.
guntinus.
xamenſis.
Burgenſis.
lentinus.
gobricenſis.
gobienſis.
onchenſis.
arthaginienſis.
OMPOSTELLANVS A
bulenſis.
acentinus.
lmanticenſis.
borenſis.
aurienſis.
lyſiponenſis.
egionenſis.
Duetenſis.
amorenſis,
iuitatis Roderici.
gitanus.
ıcenſis.
BRACARENSIS A.
ortucalenſis.
iubrienſis.
ſenſis.
amecenſis.
arienſis,
ndenſis.

Lucenſis.
Aſturicenſis.
Mindonienſis.
Columbrienſis.
HISPALENSIS A.
Cordubenſis.
Gaditanus.
Siluenſis.

IN ANGLIA.

CANTVARIENSIS A.
Londinenſis.
Roffenſis.
Ciceſtrenſis.
Vintonienſis.
Exonienſis.
Vellenſis.
Bathonienſis.
Lincolnienſis.
Sariſburienſis.
Herefordenſis.
Couentrenſis.
Lichfeldenſis.
Norvicenſis
Elienſis.
Meneuenſis.
Landauenſis.
Bangorens.
Aſaphenſis.

EBO-

EBORACENSIS A.
Dunelmenſis.

IN HIBERNIA.

ARMACHANVS A.
in Vltoniâ.
Dunenſis.
Dunckeranenſis.
Midenſis.
Rapotenſis.

DVBLINIENSIS A.
in Lageniâ.
Kilkennienſis.
Kildarienſis.
Fernenſis.
Oſſorienſis.
Leglinenſis.

CASSILIENSIS A.
in Momoniâ.
Limericenſis.
Inſulæ Cathay.
Liſmorenſis.
Roſſenſis.
VVaterfordienſis.
Emlienſis, ſiue Aunenſis.
Corcagienſis.
Lumbricenſis.

TVAMENSIS A.
in Connaciâ.
Duacenſis.
Achadenſis.
Alachdenſis.
Olfinnenſis.

Reliqua Hiberniæ Epiſcopatuum nomina aſſequi non potuimus.

IN DANIA.

LVNDENSIS A.
Roſchildenſis.
Othonienſis.
Sleſuicenſis.
Ripenſis.
Viburgenſis.
Arhuſenſis.
Burgalienſis.
Revalienſis.

IN NORVEGIA.

NIDROSIENSIS A.
Bergenſis.
Stavangarenſis.
Hamarenſis.
Anſloenſis.
Orcadenſis.
Sodrēſis, vel Inſulanus Gro-

ıronelandenſis.
:alholtanus.
lolenſis.

IN SVECIA.

VPSALENSIS A.
roſienſis.
:arenſis.
raginienſis.
boenſis.
incopenſis.
:ſcienſis.

IN SCOTIA,

Epiſcopatus omnes nt exempti, *per Cæ- linum II. an.* 1192. *te Baronio.*

. Andreæ.
Glaſcoenſis
Candidæ caſæ.
Dunkeldenſis.
Brechinenſis.
Aberdonenſis.
Cathanenſis.
Morauienſis.
Roſſenſis.
Liſmorienſis.

IN TRANSMARINIS PARTIBVS.

PATRIARCHA IEROSOLYMITANVS: cui ſunt ſuffraganei,
Ebronenſis.
Liddenſis.
Aſcalonenſis, qui dicitur Bethlehemitanus.

TYRENSIS A.
Aconenſis.
Sidonenſis
Beritenſis.
Paneadenſis ſeu Bellinenſis.

CÆSARIENSIS A.
Sebaſtenſis.

NAZARENVS A.
Tiberiadenſis.

PETRACENSIS A.
Montis Sina.

Hic fuit ſtatus Ieroſolymitani Patriarchatus, poſt Terram ſanctam à Latinis occupatam. Vide Choppinum in Politiâ ſacrâ.

In Patriarchatv Antiocheno ſunt clIII. Eccleſiæ cathedrales, ad inſtar illius verbi Euangelici: *Impletum eſt rete magnis piſcibus* clIII. Ex quibus, his temporibus, iſti ſunt Archiepiſcopi & Epiſcopi:

Patriarcha Antiochenvs: cui Suffraganei ſunt iſti,
Gabulenſis.
Laodicenſis.
Anteradenſis.
Tripolitanus.
Biblienſis.

Tarsensis Archiepiſcopus nullum habet Suffraganeum.

Edessanvs A. qui aliàs dicitur Rex Medorum, nullum habet Suffraganeum.

Apamiensis A. Valanienſis.

MELENICVM verò nuſquam inuenimus ſcriptum: dicitur autem, quamuis ſine ſcripto, hîc etiam Epiſcopatus Serrarum eſſe.

Sunt & alij Metropolitani, præter eos qui vetere illâ delineatione ſcripti ſunt, qui ex Archiepiſcopis & Epiſcopis honorem temporibus variis aſſecuti ſunt ampliorem. Et ex Archiepiſcopis quidem hi Metropolitæ facti ſunt: BIZYÆ, MILETI, SELYBRIÆ, APRO, GARELLÆ, BRYSEOS, DERCO, CHERSONIS, MESEMBRIÆ, GOTTHIÆ, METRACHORVM, qui & ZACCHIÆ dicitur.

SVGDÆA verò & BVLLÆ, duo erant Archiepiſcopatus: adunatæ autem, factæ ſunt vna Metropolis, ideoque SVGDÆÆ & PHVLLARVM dicitur.

Ex

: Epiſcopatibus verò Metropolitani Epheſi,
factus eſt Metropolitanus PERGAMI.
: Epiſcopatibus Metropolitani Heracleæ,
Metropolita MADYTORVM, & MEDIÆ,
PRVSÆ.
Ep. Metr. Theſſalonicæ, M. BERRHOEÆ.
Ep. Metr. Neocæſareæ, Metrop. CERASVNTIS & RIZÆI.
Ep. Metr. Corinthi, Metropolita MONEMBASIÆ, qui etiam dicitur Præſul totius Peloponneſi, & locum obtinet Metropolitani SIDÆ.
Ep. M. Mocaſi, Metr. NAZIANZI.
Ep. M. Patrarum veterum, Metrop. LACEDÆMONIÆ.
Ep. M. Naupacti, Metr. IOANNINORVM.
Ep. Metr. Philippopoleos, Metropol. LITITTÆ.
Ep. Metr. Traianopoleos, Metropolita DIDYMOTICHI, MACRÆ, XANTHIÆ, & PERITHEORII.
Ep. Metr. Rhodi, Metropolitanus CHII, Cô Archiepiſcopus.
Ep. Metrop. Philipporum, Metropolita CHRISTOPOLEOS, & DRAMÆ: cùm non ſit Epiſcopus, ſed (vt aiunt) Protopapa ſit Metropolitæ Philipporum Dramæ.
Ep. Metr. Hadrianopoleos, Metropol. SOZOPOLEOS.

Ex Ep. Metr. Camachi, Metr. CELTZENÆ.
Ex Ep. Metr. Serrarum, Met. ZICHNARVM.

Facti ſunt etiam poſteà in VNGROBLACHIA duo Metropolitę:quorum vnus locum habet Metropolitæ Nicomediæ, Præſulque etiam dicitur totius VNGRIÆ & PLAGENARVM: alter verò Metropolita dicitur PARTIS VNGROBLACHIÆ, & locum obtinet Metropolitani Amaſeæ.

Factus quoque eſt temporibus noſtris Metropolitanus BIDYNÆ.

Et in MAVROBLACHIA alter.

Et in GALITZA, quæ quidem pars eſt minoris Rhoſiæ.

Ac Patriarcha quidem inſcribit Metropolitanos & Archiepiſcopos, ſanctiſſimos: Archiepiſcopi autem non inſcribuntur honoratiſſimi, ſed fratres & adminiſtrationis ſocij, ſicut & Metropolitani.

Hactenus ex Curopalatæ libro de Officialibus palatij & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.

*Ceterùm de initiis Patriarchatus Conſtantinopolitani, deq́; eiuſdem diœceſibus ac prouinciis, vide quæ diximus ſuprà lib.*1. *cap.*1. VIII. *& ſequentibus.*

C A-

CAPVT III.

Patriarchatus ALEXANDRINVS.

ALEXANDRINO *Patriarchæ omnes olim Aegypti prouinciæ ſubfuerunt, quæ ſex aliquando, poſteà decem numero exſtiterunt: vt libro* I. *cap* XI. *diſſeruimus. De eiuſdem Patriarchatus antiquitate ac dignitate, vide quæ libro eodem cap.* I: *diximus.*

Eſt autem Alexandria egregia ciuitas Ægypti, muris(*vt Vitriacus lib.* III.*Hiſtoriæ Ieroſolymitanæ loquitur)* ædificiis & vniuerſâ hominum multitudine decorata, ſub Rege Babyloniæ conſtituta. In hac vrbe ſunt plures Eccleſiæ Chriſtianorum: inter quas eſt Eccleſia S. Marci Euangeliſtæ, extra muros nouæ ciuitatisſupra mare ſita. Antiquitus enim hęc vrbs vſque ad mare protendebatur, ſed modò non eſt ſic. Eſt etiam ibi quædam capella, in quâ Marcus Euangeliſta Euangelium ſcripſit, & martyrium ſumpſit & locum ſepulturę: ſed poſteà Veneti inde corpus eius abſtulerunt. In hac Eccleſiâ Patriarcha eligitur & conſecratur.

Alexandria.

Eccleſia Patriarchalis.

Ab Alexandriâ vſq; ad *Nouam Babyloniam* ſunt tres dietæ per terram, & ſex per aquam. Eſt autem *Noua Babylonia* maxima ciuitas ſuper Nilum fluuium. & notandum eſt, quòd

ad tertiam partem milliarij ab hac ciuitate, fuit quondam egregia ciuitas & munitiſſima, quæ *Cayer* vocatur, in quâ adhuc ſedes eſt regalis & palatia Principum. Hæc & Noua Babylonia ad mandatum Soldani vno muro clauſæ ſunt, & ſunt factæ vna eademque ciuitas. In hoc loco Saraceni habitant, Iudæi, Chriſtiani: & quælibet natio ſuã legem colit. Nota autem quòd tres fuerint *Babyloniæ*. Prima fuit ſuper fluuium *Cobar*, vbi regnauit *Nabuchodonoſor* Rex Babyloniæ, in quâ fuit turris Babel: & hæc deſerta dicitur, & diſtat à Nouâ Babyloniâ per triginta dietas. Fuit & alia in Ægypto, ſita ſuper *Nilum*, in quâ regnauit *Pharao*, diſtans à Nouâ Babyloniâ per quinque milliaria: & hæc quoque deſtructa eſt. Et eſt *Noua Babylonia*, de quâ iam dictum eſt.

Noua Babylonia & Cayrum, vna ciuitas. Idem tradit Sanutus l. 3. p 14. c. 12.

Babyloniæ tres.

A Nouâ Babyloniâ ad tres dietas ſita eſt *Damiata* ciuitas, inter ripas Nili & littus maris, pulcherrima, firmiſſima, & infinitis turribus exteriùs atque interiùs decorata. Eſtque quaſi caput & clauis totius Ægypti: præcellit enim in munitione Babyloniam, Alexandriam, Thanaſium, & cunctas Ægypti ciuitates.

Damiata, vrbs Archiepiſcopalis.

A Damiatâ ſunt octo dietæ per deſertum vſque ad montem *Sina*, vbi requieſcit corpus *B. Catharinæ* virginis. In magnâ veneratione tenent

Mons Sina.

tenent Saraceni locum illum, & monachos eiuſdem loci.

Captà eſt autem Damiata à noſtris anno M. CC. XIX. Nonis Nouembris, poſt nonum menſem obſidionis, & tradita Regi Ieroſolymitano. Albanenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, anno M. CC. XX. in eâ ſedem *Archiepiſcopalem* inſtituit.

A Damiatâ ſunt ſeptem milliaria vſq; *Thanaſium*, quod etiam noſtris Dominus Deus tradidit: & aliud brachium Nili intrat mare ante Thanaſium. Ciuitas autem *Thaneos*, cum ſuâ diœceſi, ſub Damiatâ Metropoli continetur. *Sic ferè Vitriacus loco citato, & in Epiſtolâ ſuâ de captâ Damiatâ, tomo* I. *Hiſtoriæ Orientalis per Bongarſium anno* M. DC. XI. *Hanouiæ editâ.* *Thanaſiũ vrbs Epiſcopalis.*

CAPVT IV.

Patriarchatus ANTIOCHENVS, *ex ms. codice Græco Guilielmi Sirleti, S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecarij Apoſtolici.*

APVD *Guilielmum Tyrium lib.* XIV. *De bello ſacro cap.* XII. *throni ſiue ſedes Patriarchæ Antiocheno ſubditæ, hoc ordine recen-*

ſentur, ſed mendosè admodum. Nos pro virili reſtituere & illuſtrare conabimur.

Metropo-lis I. Thronus ſiue Sedes I. Metropolitana TYRVS: ſub quâ Sede ſunt Epiſcopatus XIII.

I. Porphyreon, *Vitriaco cap.* 22. *& Adrichomio* Caipha.

II. Arce. *de eâ Adrichomius, fol.* 185.

III. Ptolemais, *ſiue* Acon, *Vitriacus c.*25.

IV. Sidon, *deſcribitur à Iacobo Vitriaco, lib.* I. *Hiſt. Orient. cap.* 27. *& à Chriſtiano Adrichomio in Theatro Terræ ſanctæ, fol.*7.

V. Sarepte *ſiue* Sarepta, *nomẽ vt puto retinet.*

VI. Biblus, *Vitriaco cap.*44. Biblium, *Adrichom. fol.* 185.

VII. Botryos, *Ptolemæo* Botrus, *Vitriaco cap.* 44. Botrium, *vulgò* Betiron.

VIII. Orthoſias, ados, *Adrichom. fol.* 187.

IX. Aradus, *Vitriaco cap.* 44. Arados, *Adrichom. fol* 184.

X. Antaradus, *Vitriaco ibidem* Tortoſa, *Adrichom. ibidem.*

XI. Panaas *ſiue* Paneas, *vulgò* Belinas.

XII. Arachle, *ſiue* Arachlea, *vt in ms. codice collegij Nauarræi Pariſiis legitur.* Maraclea *apud Tyrium, Vitriacum, & Adrichomium.*

XIII. Tripolis, *Vitriac. cap.* 33. *& Adrichom. fol.*187. *vulgò* Traboli.

Sic recenſentur Epiſcopatus iſti in vetuſto codice

codice manuſcripto Græco bibliothecæ Guil. Sirleti *Cardinalis, quæ poſteà fuit* Aſcanij Columnæ *itidem Cardinalis: ex quo iſta cum nominibus propriis Epiſcopatuum ſubiunctorum fideliter vertit, & ad nos tranſmiſit* Ioannes Macarius, *Canonicus Arienſis in Arteſiâ, vir linguarum eruditiſsimus, & Antiquitatum Eccleſiaſticarum peritiſsimus.*

TYRENSEM Sedem *Innocentius III. Patriarchæ Antiocheno ſubtraxit, & Ieroſolymitano ſubiecit: vt Tyrius loco cit. commemorat.* Tyrus *porrò, vulgò* Sor *vel* Sur, *Metropolis, deſcribitur à Vitriaco cap.* 43. *& ab Adrichomio fol.* 13.

Paneas, *alio nomine* Cæſarea Philippi, *vulgò* Belinas, *teſte Vitriaco Hiſt. Orient. cap.* 35.

Ceterùm iuxta codicem Card. Sirleti non niſi XIII. *Epiſcopatus ſub Tyrenſi Metropoli recenſentur: quod moneo, ne quem fallat vetus & incorrecta Guilielmi Tyrij editio,* XIV. *enumerās.*

Thronus ſiue Sedes Metropolitana II. *Metropolis* II.
TARSVS: ſub quâ ſunt Epiſcopatus quinque.
I. Sebaſte, *Vitriac. c.* 56. *hodie* Sauſtia.
II. Malpſus, *Ptolemæo* Mallos.
III. Thebæ *ſiue* Thebes, *non* Thiua, *vt apud Tyrium. vide Adrichomium fol.* 74. & 120.
IV. Corycus, *Vitriac. cap.* 31.
V. Podandus.

TARSVS, *noſtris* Tarſo, *incolis* Teraſſa, *Cili-*

cia vrbs, hodieq́; non ignobilis, haut procul mari, D. Pauli Apoſtoli patria.

Metropolis III. Thronus ſiue Sedes Metropolitana III.

EDESSA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus XI. *iuxta codicem manuſcriptum Sirleti. M. Tyrius non non niſi* X. *recenſet.*

I. Berthe, *Ptolemæo nota.*

II. Conſtantia.

III. Carron, *Vitriac. cap.* 31. *fortè* Carram, *Ptolemæo* Carræ.

IV. Marcopolis. V. Serogena.

VI. Thelmaron. VII. Himeria.

VIII. Cerceîa. IX. Dauſaron.

X. Callinicus.

XI. Valentia noua, *deeſt Guil. Tyrio.*

Metropolis IV. EDESSA *vrbs Meſopotamiæ olim nobiliſſima, vltra Euphratem fluuium ſita, deſcribitur à Vitriaco cap.* 31. *& ab Adrichomio fol.* 83. *hodie dicitur* Orfa *vel* Raha: *teſte Leonardo Abele Epiſcopo Sidonienſi.*

CARRON vrbis *Epiſcopus fuit* Theodorus *cognomine* Abucara, *quem malè quidam vocant Epiſcopum* Carum, *à Car, Caris; fuit autem inſignis Theologus Græcus, quod indicant ſcripta typis edita.*

Metropolis IV. Thronus ſiue Sedes Metropolitana IV.

APAMEA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus VII.

I. Epiphanea, *Adrichom. fol.* 107.

II. Seleucobela, *Ptolemæo* Seleucia ad Belũ.

III.

III. Lariſſa, *Vitriaco cap.* 39. *fortè* Laris.
IV. Balaneos, *Ptolemæo* Balanee; *Tyrio & Vitriaco* Valania.
V. Mariame.
VI. Rophaneos, *in ms. Græco*; Raphanea *Tyrio, & Adrichomio fol.* 186.
VII. Arethuſa.

APAMEA, *ſiue* Apamia, *vulgò* Apamis, *Cæle-Syriæ Metropolis, ad Orontem flu. deſcribitur ab Adrichomio fol.* 188.

BALANEE, *Syriæ-cauæ opidum Ptolemæo, Phœniciæ Stephano, Vitriaco cap.* 32. Valenia *ſiue* Valania, *deſcribitur ab Adrichomio folio* 188. *Huius loci Epiſcopatus ad* Margath *caſtrum poſteà tranſlatus eſt, ob Saracenorum incurſiones, teſte eodem Vitriaco.*

Thronus ſiue Sedes Metropolitana V. HIERAPOLIS: ſub quâ ſunt Epiſcopatus VIII. *Metropolis V.*

I. Zeugma, *Ptolemæo penes Euphratem.*
II. Surron. III. Barbalis.
IV. Neocæſarea. V. Perre.
VI. Orimon. VII. Doliche.
VIII. Europe.

HIERAPOLIS *Cyrriſticæ regionis vrbs princeps: cuius mentio apud Vitriacum cap.* 31. *ſed perperàm* Geropolis *nuncupatur. Plinius in Cæle-Syriâ eam collocat. Bodino hodie eſt* Aleppum, *vrbs Syriæ mercatu celeberrima. At Leonardo Epiſcopo Sidonienſi Aleppum ſiue Ha-*

leppum eſt veterum Berrœa, *inter Archiepiſcopatus infrà hoc capite recenſenda. Cyrriſticæ porrò ciuitates apud Ptolemæum ſunt* Hierapolis, Regias, Ruba, Cyrrus, & aliæ.

Metropolis VI. Thronus ſiue Sedes Metropolitana VI.
BOSTRA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus XIX.

I. Geraſſos.
II. Philadelphia. *Vide Adrichom. fol.* 34.
III. Adraon. *Adrichom. fol.* 75.
IV. Midanon. V. Auſtondônos.
VI. Dalmûndon. VII. Zoronnia.
VIII. Erre. IX. Theüe.
X. Eritime.
XI. Conſtantia. *Vide Adrichom. fol.* 133.
XII. Parembole. XIII. Dionyſia.
XIV. Cuanaathon. XV. Maximopolis.
XVI. Philippopolis. XVII. Chryſopolis.
XVIII. Neelon. *Vide Adrichom. fol.* 141.
XIX. Lurea.

BOSTRA *ſiue* Boſra, *Vitriaco* Boſtrum, *vulgò* Buſſereth, *deſertæ ſiue primæ Arabiæ metropolis, ab eodem deſcribitur c.*47. *& ab Adrichomio fol.* 80. Boſra *item vrbs Arabiæ Stephano; & in libro Notitiarum* Col. Boſtra *eſt in antiquo lapide. Vide infrà cap.* 5.

Metropolis VII. Thronus ſiue Sedes Metropolitana VII.
ANAZARBA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus IX.

I. Epiphanea.
II. Alexandros, *fortè* Alexandris.

III.

III. Irenepolis, *Ptolemæo nota.*

IV. Cambyſſopolis.

V. Flauias, *Ptolomæo* Flauiopolis.

VI. Roſus, *Ptolemæo* Roſſus *in Syria-cauâ, Polyeno* Roſſum.

VII. Caſtabale, *Ptolemæo* Caſtabala.

VIII. Ægas, *Ptolemæo* Ægæ.

IX. Sigêa.

ANAZARBVM *in Ciliciâ mediterraneâ memorat Ptolemæus, vt &* Irenopolim, Flauiopolim, & Caſtabala.

Thronus ſiue Sedes Metropolitana VIII. SELEVCIA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus XXIV. *Metropolis* VIII.

I. Claudiopolis, *in Diſpoſitione Leonis Imp. apud Leunclauium to.* I. *Iuris Græco-Romani pariter memoratur.*

II. Diocæſarea, *ibid. nota. Vide Adrichom. folio* 142.

III. Orope.

IV. Daliſandus, *Leoni Imp. ſimiliter nota.*

V. Sebela, *Leoni* Sibela *vel* Sybala.

VI. Celenderis, *Leoni Imp.* Celenteris.

VII. Anemorios, *Leoni* Anemoe.

VIII. Tityopolis, *Leoni nota.*

IX Lamus, *vrbs Leoni nota.*

X. Antiochia parua, *Leoni nota.*

XI. Nephelias. XII. Ciſtra.

XIII. Selenunta, *Leunclauio* Selinunt.

XIV. Otape, *Ptolemæo* Iotape.

XV.

XV. Philadelphia parua, *Leoni nota.*

XVI. Irenopolis, *Ptolemæo & Imp. Leoni nota, in Diſpoſitione per Leunclauium editâ.*

XVII. Germanicopolis, *Leoni Imp. nota.*

XVIII. Muſbada.

XIX. Domitiopolis, *Leoni Imp. nota.*

XX. Sbida.

XXI. Zenonopolis, *Leoni Imp. nota.*

XXII. Adraſſus, *Leoni* Adraſus.

XXIII. Miloe, *Leoni* Meloe.

XXIV. Neapolis, *Leoni Imp. nota.*

Metropolis IX. Thronus ſiue Sedes Metropolitana IX.

DAMASCVS: ſub quâ ſunt Epiſcopatus X.

I. Aule.

II. Palmyrus, *Ptolemæo & Plinio* Palmyra. *De eâ Adrichomius folio* 92.

III. Laodicea. IV. Euroëa.

V. Chomocha. VI. Iabruda.

VII. Danabe, *Ptolemæo* Danaba.

VIII. Caradea. IX. Arlane.

X. Suracine.

Ita Codex ms. Græcus Card. Sirleti. In veteri editione Guilielmi Tyrij leguntur Epiſcopatus XI. *ſed corruptis prorſus nominibus, hîc & alibi paſſim.*

DAMASCVS, *hodie* Damaſco, *minoris Syriæ, quæ Phœnicis Libani dicitur, metropolis à Vitriaco deſcribitur cap.* 46. *& ab Adrichomio fol.* 81. *& ſeqq.*

Thro-

Thronus ſiue Sedes Metropolitana x. AMIDA; ſub quâ ſunt Epiſcopatus VII. *Metropolis* x.

I. Iline. II. Valentine.
III. Arſamoſata.
IV Sophine. *vide Adrichom. fol.* 94.
V. Cithacis. VI. Cepha.
VII. Zeugma. *vide Adrichomium, fol.* 97. *qui* Zeugma *opidũ ad Euphratem collocat. Quod an iſtud ſit, an verò aliud, de quo ſuprà ſub Sede* V. *Hierapoli diximus, expendãt* Geographiæ *ſtudioſi*

Thronus ſiue Sedes Metropolitana XI. SERGIOPOLIS: ſub quâ ſunt Epiſcopatus V. *Metropolis* XI.

I. Zenobias. II. Oriſon.
III. Erigene. IV. Oragizon.
V. Agrippias.

Ita ms. codex Græcus Sirleti: ſed aliter Tyrius, qui Marcopolim *& alios Epiſcopatus, infrà ſub Emeſſâ recenſendos, hîc collocat.*

De Agrippiade, *Idumeæ vrbe maritimâ, quæ olim* Anthedon *dicta, agit Adrichomius fol.* 131. *Sed iſta recenſebitur infrà inter Autocephalos Epiſcopatus ſub Patriarchâ Ieroſolymitano.*

Thronus ſiue Sedes Metropolitana XII. THEODOSIOPOLIS: ſub quâ ſunt Epiſcopatus VII. *Metropolis* XII.

I. Ortrus. II. Maznune.
III. Maurocaſtrum. IV. Sanctæ Mariæ.
V. Axiere. VI. Tarutza.
VII. Polytimus.

Thro-

Metropolis XIII. Thronus ſiue Sedes Metropolitana XIII. EMESSA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus IV.

I. Arce. II. Marcopolis.
III. Bænethale. IV. Ermenia.

Ita ms. codex Sirleti: ſed aliter Tyrius, vt qui Marcopolim, Bænethalem, *&* Ermeniam *ſub* Sergiopoli *collocat.*

EMESSA *ſiue* EMISSA, *Vitriaco cap.* 45. *eſt vrbs* Cæle-Syriæ, *vulgò* Camela, *hodie Turcis* Haman, *& Arabibus* Hamſa, *vt ex Bellonio refert Adrichomius, fol.* 188.

Metropoles Autocephala. METROPOLES AVTOCEPHALÆ, ſeu per ſe ſubſiſtentes IX. *iuxta ms. codicem Sirleti.*

I. Berytus, *Berut. Vitriac. c.* 26. *&* 55.
II. Heliopolis, *Beaalbeck. Vitriac. c.* 45.
III. Laodicea Syriæ, *Illadchie. Vitriaco c.* 44. Liche.
IV. Samoſata, *Scemſat.*
V. Cyrus *ſiue* Kyrus, *Quars,* Kyropolis *Ptolemæo fortaſſe.*
VI. Martyropolis, *Magarkin.*
VII. Mopſuëſtia, *Mebſeſe.*
VIII. Adana, *Adna.*
IX. Pompeiopolis, *Pompipolis.*

Guil. Tyrius nonniſi VIII. *recenſet, adeoq́ue* Martyropolim *omittit.*

Archiepiſcopatus. ARCHIEPISCOPATVS XII. *ſimiliter, vt credo, autocephali.*

I. Berrœa, *Halep.*

II.

II. Chalcis, *Chinſerin.*
III. Gabala, orum, *Gable.*
IV. Seleucia Pieriæ, *Seleuchie Ielber.*
V. Anazartha.
VI. Paltus, *Belde.*
VII. Gabûla, *Gebule.*
VIII. Germanicêa, *Mercex.*
IX. Salamias, ados, *Selmie.*
X. Barcûſos.
XI. Raſſos *ſiue* Raſſus, *Elras.*
XII. Anabagatha, orum.

Sic iſta Metropolitanarum & Archiepiſcopalium in Oriente Sedium nomina vocabulis patriæ linguæ reddidit Leonardus Abel, *Epiſcopus Sidonienſis, qui à Gregorio XIII. Pontif. Max. in Orientem anno* 1583. *miſſus fuit: cuius ſcripta varia de Neſtorianorum, Iacobitarum, Maronitarum, aliorúmque in Oriente Chriſtianorum opinionibus ac ſtatu apud nos mſ. exſtant.*

GABALA *Syriæ-cauæ opidum eſt Ptolemæo. Vitriacus c.* 44. *dicit* Gabalum *opidum vulgò* Gibeb *nuncupari.*

Præter dictos Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſunt & CATHOLICI *ſeu* PRIMATES *duo, Patriarchæ Antiocheno ſubiecti: vt in ms. codice. Card. Sirleti diſertè legitur his verbis:*

Ordo eorum qui ſub Patriarchatu Antiochiæ

chiæ ſunt Catholici, Metropoles, Archiepiſcopatus & Epiſcopatus.

Primus Catholicus ROMAGYREOS ſiue PERSIÆ. Secundus Catholicus IRENOPOLEOS ſiue BAGDA.

Thronus ſiue Sedes I. TYRVS, &c. *vt ſuprà commemorauimus.*

Idem tradit Iacobus Vitriacus Hiſt. Orientalis cap. XXXII. Antiochiæ Patriarcha habet ſub ſe viginti, *inquit*, prouincias, quarum quatuordecim Metropolitanos habent, cum ſibi ſuffraganeis Epiſcopis. Reliquæ verò ſex ſub duobus Primatibus, quos CATHOLICOS vocant, continentur: quorum alter IRENOPOLITANVS, id eſt, BALDACENSIS ſiue BAGDACENSIS, quæ quondam dicta eſt BABYLONIA; alter ANNENSIS, qui PERSIDIS Primas appellatur. *Ceterùm de viginti prouinciis Antiocheno Patriarchæ ſubiectis; & de Catholicis duobus eidem quondam ſubditis, præter Vitriacum, ſcribit & Marinus Sanutus Torſellus lib.* 3. *Secretorum fidelium Crucis, parte* 7. *cap.* 2. *per Bongarſium anno* 1611. *tomo* I. *Hiſtoriæ Orientalis typis Hanouiæ publicatus.*

Catholici porrò nomen eſt hîc titulus dignitatis (quo ſenſu & apud Tyrium alioſq; legitur) vt videlicet Primatem aut Patriarcham ſignificet. Vide ſuprà lib. I. *cap.* XVIII.

CA-

CAPVT V.

Patriarchatus IEROSOLYMITANVS, *ex mſ. codice Græco Card. Sirleti.*

SEdes I. Metropolitana CÆSAREA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus XIX. *iuxta codicem mſ. Sirleti.* *Metropolis I.*

I. Doræ. *De eâ Adrichomius fol.* 72.

II. Antipatridæ. *Vitriacus c.* 23. *Adrichom. fol.* 70.

III. Iamniæ. *Adrichom. fol.* 23.

IV. Nicopoleos, *quæ olim* Emaus *dicta, vt ſcribit Adrichom. fol.* 47.

V. Onus. *Vide Adrichom. fol.* 19.

VI. Sozuſes.

VII. Raphiæ. *Adrichom. fol.* 135.

VIII. Porphyron.

IX. Regeon Apathus. *Tyrio & Ortelio*, Regium.

X. Regeon Ierico. *Vide Adrichom. fol.* 18.

XI. Regeon Libyæ, *Ptolemæo notum.*

XII. Regeon Daron. *Vide Adrichom. fol.* 119.

XIII. Azotes Paraliæ. *Adrichomio fol.* 21. Azotes *Philiſthæorum vrbs Epiſcopalis.*

XIV. Azotes Ippini. *Adrichomio fol.* 89. Hippus *ſiue* Hippene *vrbs Epiſcopalis: ſed ad Sedem Scythopolim fortè referenda.*

XV. Eucomazon.

xvi. Ættilij, *alijs* Bitilij.

xvii. Tricomiæ.

xviii. Toxon.

xix. Salton Conſtantinianices. *Ita ms. Sirleti codex. Ex quibus duobus vnum facit Tyrius, vt & ex* Azoto *ac ſequentibus nominibus: adeoq́; xx. Epiſcopatus facit Cæſareæ ſuffraganeos.*

Cæsarea Palæstinæ, *ad mare mediterraneum, ſic dicta eſt ad diſcrimen* Cæſareę Philippi (*quæ &* Paneas) *ad fontes Iordanis ſitæ. De eâ fusè Adrichomius fol.* 71.

Metropolis ii. Sedes Metropolitana ii. Scythopolis ſiue Basan: ſub quâ ſunt Epiſcopatus vi.

i. Pelle. *Adrichom. fol. 92.*

ii. Belles.

iii. Hippi. *Adrichomio fol.* 89. Hippus *ſiue* Hippene, *vrbs Epiſcopalis, Plinio, Ptolemæo, aliisq́; nota.*

iv. Tetracomiæ.

v. Climagaunale.

vi. Comês Nais, *ſeu* Vici Nais. *Vide Adrichom. fol.* 37.

Ita ms. codex Sirleti. Apud Tyrium numerantur ix. *additis nimirum* Capetoliadis, Miri & Gadarorum *Epiſcopatibus. Sed hi tres infrà recenſebuntur inter Epiſcopatus Autocephalos ſeu Suffraganeos.*

Scythopolim *tertiæ Palæſtinæ & vniuerſæ*

Galilææ metropolim fuiſſe,& inde poſteà dignitatem Epiſcopalem ad vrbem Nazarenam *fuiſſe tranſlatam, teſtatur Vitriacus cap.56. Fuit olim* Bethſan *nuncupata , vt tradit Adrichomius fol.71. ſiue* Bethſem, *vt Choppinus ſubindicat, lib. 2. Pol. ſacræ, tit.4. § 20. ex Conſtitutionibus regni Ieroſolymitani.*

Sedes III. Metropolitana PETRA, *iuxta codicem ms. Græcum Sirleti, ſiue* RABA, *iuxta Tyrium:* ſub quâ ſunt Epiſcopatus XII. *Metropolis III.*

I. Auguſtopolis.
II. Ærindeles.
III. Charachmydes.
IV. Hierapoleos. *Adrichom. fol.97.*
V. Mampſidis.
VI. Eluſes.
VII. Zooron.
VIII. Biroſabbon, *aliàs* Biroſamon.
IX. Pentacomiæ.
X. Mamapſonon.
XI. Metrocomiæ.
XII. Salton Hieraticôn.

Apud Tyrium Sedes III. *dicitur* RABA, *ſiue* RABBA MOABITIDIS. *Idem tradit Rabbenſem Metropolitanum Alexandrino Patriarchæ olim detractum, & Ieroſolymitano adtributum fuiſſe. De* RABBA *Ammonitarum metropoli Adrichomius agit fol. 34. dicítque poſteà* Philadelphiam *nuncupatam. Item tradit Choppinus*

Politiæ ſacræ lib.2.tit.4.§.20. ex vetuſtis regni Ieroſolymitani legibus, Francicâ linguâ conſcriptis; Rabæ, *inquit*, Archiepiſcopus, qui dicitur Philadelphiæ, temporibus Amalrici Regis tranſlatus eſt in Crac, & vocatur nunc Archiepiſcopus Petræ deſerti; habetque ſuffraganeum Epiſcopum Pharaonenſem, ſiue Pharenſem, qui nunc eſt in Monte Sinai. *Itaque Sedes iſta Metropolitana ex* Raba *in* Crac *ſiue* Petram deſerti *tranſlata eſt, temporibus* Amalrici *Ieroſolymorum Regis.*

Petra. *Ceterùm* Petra *vrbs munitiſſima & Archiepiſcopali dignitate inſignis, vulgò* Crac, *&* Petra deſerti, *vltra Iordanem ſita, in finibus Moab, Arabiæ ſecundæ ſeu Petreæ metropolis, egregiè deſcribitur à Tyrio lib.20. cap.3. Vitriaco l.1.c.56. & ab Adrichomio fol.32. & 129. Petracenſibus porrò primus, à Latinorum in Syriam aduentu, Metropolitanus anno* 1168. *datus eſt* Guerricus: *teſte Tyrio ibidem.*

Idem Tyrius Cracam *ſeu* Petram, *iſtam ſiue aliam, inter Epiſcopatus ſuffraganeos Patriarchæ Ieroſolymitani connumerat: niſi fortaſſe mendoſa ſit lectio, & ſubſtituendum* Cyriacopolis, *iuxta codicem ms. Sirleti.*

Metropolis IV. Sedes IV. Metropolitana *in ms codice Sirleti eſt* BOSTRA, *apud Tyrium* BECERRA: ſub quâ ſunt Epiſcopatus XXXV.

I. Draſi. II. Diæ.

III.

III. Medabon. *Vide Adrichom.fol.* 128.
IV. Geraſon. *Vide eumdem fol.* 88.
V. Neui.
VI. Philadelphiæ. *Vide Adrichom. fol.* 34.
VII. Iſbus, *Ptolemæo* Eſbus. *Adrichom.fol.* 127
VIII. Neapoleos.
IX. Hierapoleos. *Vide Adrichom.fol.* 97
X. Philippopoleos. XI. Phænuſtus.
XII. Conſtantines. XIII. Dionyſiæ.
XIV. Pentacomiæ. XV. Tricomiæ.
XVI. Canothadis. *Vide Adrichom.fol.* 80.
XVII. Saltorum.
XVIII. Bataneos. *Vide Adrichom.fol.* 79.
XIX. Hexacomiæ. XX. Enneacomiæ.
XXI. Comês, ſeu vici Gonies.
XXII. Comês Cherûs.
XXIII. Comês Tanes.
XXIV. Comês Machameron.
XXV. Comês Corearas.
XXVI. Comês Bilbanûs, *aliter* Bibanûs.
XXVII. Comês Capran, *aliis* Capanon, *fortè* Copron.
XXVIII. Comês Pyrgoarûton, vel iton.
XXIX. Comês Setnes.
XXX. Comês Ariachon.
XXXI. Neotês, ſiue Comês Neotês.
XXXII. Climatis Anatoles & Dyſmon.
XXXIII. Comês Ariſthas, *fortè* Ariathas, *vt in alio exemplari legitur.*

XXXIV. Comês Trachonis. *Vide Adrichomium fol. 99.*

XXXV. Comês Bdamûs, *in alio exemplari* Bebdomos *vel* Beldamûs.

Apud Tyrium Sedes IV. *dicitur* BERYTVS, *&* *paullò infrà* BECERRA ARABIÆ: *ſed lectio fortaſſe mendoſa eſt*. Berytus *certè recenſetur ſuprà inter Autocephalas Metropoles Antiocheni Patriarchatus: Adrichomius fol. 77. ex Tyrio dicit* Becerram *Arabiæ felicis metropolim ſub ſe habuiſſe* XXXV. *Epiſcopatus. Sic* & *Choppinus Politiæ ſacræ lib.* 2. *tit.* 4. §. 20. Boſtram *ſiue* Becerram, *vulgò* Beiſſereth, *inter Archiepiſcopatus Regni Ieroſolymitani connumerat, ex libro Conſtitutionum dicti Regni, Gallico idiomate iam olim conſcriptarum.*

Boſtra an duplex. *Ceterùm quæritur an ſit eadem* Boſtra *iſta quæ Sedes* VI. *Metropolitana ſub P. Antiocheno, & hæc quæ Sedes* III. *Metropolitana ſub P. Ieroſolymitano nũcupatur. Et videtur certè vtraq; eadẽ eſſe: primùm quia vtraque in Arabiâ collocatur. Secundò quia vtraque* Buſeret *ſiue* Beiſſereth *(vnde natum fortaſſe nomen* Becerræ) *barbaro vocabulo nominatur. Tertiò quia Ptolemæus & alij veteres Geographi non niſi vnius Boſtræ in Arabiâ meminerunt. Quartò quia ſub vtrâque Sedes aliquot Epiſcopales eædem collocantur, vt* Philadelphia, Philippopolis, Dionyſia, Conſtantia *ſeu* Conſtantine. *Itaque*

Boſtra

Boſtra *primis fortaſſe ſæculis Patriarchæ Antiocheno ſubfuit, antequam P. Ieroſolymitano eſſet adſignata. Guilielmus Tyrius tamen libro* 14. *cap.* 12. *De bello ſacro, & Codex vetus Prouincialis, volunt* Becerram *olim P. Alexandrino ſubfuiſſe.*

AVTOCEPHALI XXV. Epiſcopatus, *iuxta codicem Græcum Sirleti, qui Tyrio lib.* 14. *c.* 12. *Latinè dicuntur* SVFFRAGANEI, *Græcè* SYNCELLI. *Autocephali Epiſcopatus*

I. Dioſpoleos ſeu Georgiopoleos, quæ & Lidda dicitur. *Vitriacus lib.* 2. *cap.* 57. *Adrichom. fol.* 28.

II. Aſcalonis. *Vitriac. c.* 40. *&* 57. *Adrichomius fol.* 132. *Ea ſub Latinis Epiſcopum non habuit, ſed Bethlehemitano Epiſcopo ſuberat, teſte Sanuto lib.* 1. *p.* 7. *c.* 2.

III. Ioppes. *Iaffa. Adrichom. fol.* 23.

IV. Gazæ. *Vitriac. c.* 40. *Adrichom. fol.* 135.

V. Anthedonis *ſiue* Maiumæ, *quæ &* Agrippias *eſt dicta, Idumæa vrbs maritima. Vide Adrichomium fol.* 131. *&* 22.

VI. Diocletianopoleos.

VII. Eleutheriopoleos. *Adrichom. fol.* 47.

VIII. Neapoleos, *Adrichom. fol.* 30. *&* 74. *Neapolis & Ioppe ſub Latinis Epiſcopos non habuerunt, ſed ſuberant Priori Dominici Sepulchri: vt cap. ſeq. ex Sanuto dicemus.*

IX. Sebaſteæ. *Sabaſt.*

x. Sacri Iordanis fluuij.

xi. Tiberiadis, *in Galilæâ ad ſtagnum Geneſareth, quod inde Mare Tiberiadis ſeu Galilea dicitur. Vitriacus lib.* 1. *cap.* 22. *&* 56. *Adrichom. fol.* 143.

xii. Diocæſareæ. *Vide Adrichom. fol.* 142.

xiii. Maximianopoleos. *Adrichom. fol.* 70.

xiv. Capetoliadis.

xv. Myri.

xvi. Gadarorum. *Vide Adrichom.* 27. *&* 49.

xvii. Nazareth. *Vitriac. c.* 56. *Ea vrbs poſteà Archiepiſcopum habuit; vt ſeq. cap. dicemus.*

xviii. Montis Thabor, *nigrorum monachorum ord. S. Benedicti. Vitriacus lib.* 1. *cap.* 54. *&* 56. *Adrichom. fol.* 142. *Sanutus lib.* 3. *p.* 7. *cap.* 3.

xix. Cyriacopoleos, *Tyrio* Caracæ *vel* Petræ.

xx. Drios, *Tyrio* Hadroga.

xxi. Gab, *Tyrio* Aphra. *Vide Adrichom. fol.* 17. *&* 72. *De* Aphara *idem fol.* 14.

xxii. Ælia.

xxiii. Pharan. *Vide Adrichom. fol.* 28.

xxiv. Sacri Montis Sina, *Vitriaco* Sinaï.

xxv. Præfectura Magnæ Armeniæ eſt Autocephala, non cenſita ſub Throno Ieroſolymitano, ſed honorata propter * *S. Gregorium* Armeniæ Illuminatorem, habens ciuitates & caſtra & climata ducenta.

* De iſto S. Gregorio vide l. 1 cap. 17.

Ita

Ita mſ. codex Græcus Sirleti: ex quibus verbis colligi videtur Præfecturam Eccleſiaſticam Armeniæ aliâ ratione dici Autocephalam, quàm Epiſcopos Syncellos; quòd ea ſcilicet Patriarchæ Ieroſolymitano propriè non ſubfuiſſe videatur.

CAPVT VI.

Patriarchatus IEROSOLYMITANI *ſtatus ſub Latinis.*

ATQVE *iſte quidem fuit vetus Patriarchatus Ieroſolymitani ſtatus; ſed is poſteà mutatus eſt, Syriâ per Europæos ſeu Latinos Principes, Godefrido Bullonio duce, occupatâ: vt ex Tyrio, Vitriaco, aliiſq; licet diſcere. Vitriacus certè, Hiſt. Orient. lib.* I. *cap.* LV. *& ſeqq. tradit ſuo æuo Patriarcham Ieroſolymitanum habuiſſe ſub ſe quattuor Metropolitanos: quorum primus erat* TYRENSIS (*Antiocheno Patriarchæ per* I. *Innocentium III. detractus, teſte Tyrio, lib.* XIV. *cap.* XII. *continens ſub ſe quatuor Suffraganeos Epiſcopos, ſcilicet* Aconenſem, Sidonenſem, Berytenſem, & Paneadenſem.

Idē tradit Sanutus lib. I. p. 7. c. 2.

Secundus Metropolitanus ſiue Archiepiſcopus erat CÆSARIENSIS, *vnum ſolùm ſubiectum habens Suffraganeum, Epiſcopum ſcilicet* Sebaſtenſem. II.

III. *Tertius Metropolitanus erat* NAZARENVS, *ex vrbe Scythopoli eò tranſlatus, vnum ſolùm habens Suffraganeum* Tiberiadenſem Epiſcopum.

IV. *Quartus erat* PETRACENSIS, *vnum ſolùm habens Suffraganeum Epiſcopum Græcum in* Monte Sinai, *Eccleſiæ B. Catharinæ & monachis eiuſdem monaſterij præfectum.*

Habebat præterea Ieroſolymitanus Patriarcha quoſdam Epiſcopos ſuffraganeos, ſibi, nullo mediante, ſubiectos, ſcilicet Bethleemitanum, Ebronenſem & Liddenſem. *Additq́ Vitriacus cap.* LIII. Multæ aliæ ſunt ciuitates in terrâ Promiſſionis, quæ licet ante tempora Latinorum proprios haberent Epiſcopos Surianorum & Græcorum; Latini tamen, propter multitudinem & paupertatem eorum, ne dignitas Epiſcopalis vilipenderetur, plures Eccleſias cathedrales & ciuitates vni cathedrali ſubiecerunt.

De his conſule & Choppinum in Politiâ ſacrâ lib II. *tit.*IV. §.XX. *vbi ex vetuſtis Regni Ieroſolymitani Conſtitutionibus, idiomate Francica conſcriptis, caput vnum recitat de Epiſcopatibus & monaſteriis eiuſdem Regni. Tradit autem ſub Latinis eo in regno quinque Archiepiſcopos fuiſſe:* I. TYRENSEM, Sur. II. CÆSARIENSEM, Cæſaire. III. SCYTHOPOLITANVM, Bethlem, *qui poſteà dictus eſt Nazarenus.*

nus. IV. BOSTRENSEM, Beiſſeret. V. RABENSEM, Rabe, *qui dicitur* Philadelphiæ, *itemq;* Petræ deſerti *Archiepiſcopus*.

Ad maiorem porrò lucem libet hîc ſubnectere typum Patriarchatus Ieroſolymitani, qualis olim ſub Latinis fuit, iuxta Vitriaci & Sanuti deſcriptionem.

IEROSOLYMITANVS PATRIARCHA: *cui immediatè ſubiecti erant Epiſcopi tres,*

Bethleemitanus anno 1110. per Paſchalem II. inſtitutus. *Bethlehem.*

Ebronenſis, *aliàs* S. Abrahami. *Ebron.*

Liddenſis, *ſiue* S. Georgij. *S. George de Lidde.*

De horum trium Epiſcopatuum inſtitutione diſtinctè agũt Vitriaeus Hiſt. Orient. l. I. *c.* LVII. *&* LIX. *itemq; Sanutus Torſellus l.* 3. *Secretorum Crucis par.* 7. *cap.* 2. *per Bongarſium anno* 1611. *tomo* I. *Hiſtoriæ Orietalis Hanouiæ publicatus.*

TYRENSIS Archiepiſcopus ſeu Metropolitanus. *Sur.*

Aconenſis, ſiue Ptolemaïdenſis. *Acre.*

Sidonenſis. *Sayete.*

Berythenſis. *Barut.*

Paneadenſis. *ſeu* Cæſareæ Philippi, *Belinas.*

TYRI *Archiepiſcopus fuit* Guilielmus, *dictus inde* Tyrius, *cuius exſtant libri De bello ſacro.* *Guil. Tyrius.*

PTOLEMAIDIS *ſiue* ACONIS (*non autem* Anconæ, *in Italiâ) Epiſcopus fuit* Iacobus Vitriacus, *qui ſcripſit Hiſtoriam Ieroſolymitanam* *Iac. Vitriacus.*

libris

libris tribus, exſtantq́; tomo I. *Orientalis Hiſtoriæ per Bongarſium typis editi.*

CÆSARIENSIS A.	*Ceſaire.*
Sebaſtenſis.	*Sabaſt.*
NAZARENVS A.	*Nazareth.*
Tiberiadenſis.	*Tabarie.*
PETRACENSIS A.	*Pierre de deſert.*
Montis Sina.	*Mont de Sinay.*

De initiis porrò PATRIARCHATVS IEROSOLYMITANI *vide quæ ſuprà libro* I. *capp.* I. *&* XIII. *à nobis ſunt dicta*. Habebat autem Patriarchalis Eccleſia, quæ eſt Dominici Sepulcri, ſub mõte Caluariæ, Canonicos regulares, ſecundùm regulam S. Auguſtini. His *Prior* præſidebat, cui, cum prædictis Canonicis, Patriarchæ electio data erat, qui vicem tenebat Abbatis. *Priori* autem (is mitrâ & anulo ex priuilegio vtebatur) ſuberat ciuitas Ioppe & Neapolis: quæ propriis carent Epiſcopis, ſicut & quædam aliæ Cathedrales Eccleſiæ, ne Epiſcopalis dignitas, propter indigentiam, contemptui habeatur. *Ita Sanutus Torſellus lib.* III. *Secretorum fidelium Crucis, par.* VII. *cap.* II. *Ceterùm Catalogus ac ſeries Patriarcharum Ieroſolymitanorum, vt & Conſtantinopolitanorum, Alexandrinorum, & Antiochenorum, exſtat apud Onuphrium in Chronico Eccleſiaſtico.*

Patriarchalis eccleſia Ieroſolymitana fuit Canonicorũ regularium.

NO-

Digitized by Google

NOTITIÆ EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI LIBER QVARTVS: SIVE CODEX PROVINCIALIS NOVVS,

In quo Metropolitanæ & Epiſcopales Sedes, iuxta præſentem Eccleſiæ ac Regnorum in orbe Chriſtiano ſtatum, breuiter recenſentur.

CAPVT I.

ITALIA.

PONTIFICIA *Ditio.*

SEDES ROMANA, reliquarum in orbe Chriſtiano Sedium Patriarchalium, Metropolitanarum & Epiſcopalium caput & princeps.

Sedes

Sedes Epiſcopales S. R. E. CARDINALIVM, ROMANO PONTIFICI immediatè ſubiectæ.

I. OSTIENSIS & VELITRENSIS, vnitæ per Eugenium III. Papam. *Oſtia. Belitre.*
II. PORTVENSIS, aliàs S. HIPPOLYTI, & SILVÆ CANDIDÆ, ſeu S. RVFINÆ & SECVNDÆ, vnitæ per Calixtum II. *Porto.*
III. SABINENSIS. *Sauina.*
IV. PRÆNESTINA. *Paleſtrina.*
V. TVSCVLANA. *Freſcati.*
VI. ALBANENSIS. *Alba.*

De his conſule Onuphrium Panuinium, libro De Epiſcopatibus, Titulis & Diaconiis Cardinalium.

Epiſcopatus alij Prouinciæ Romanæ, quique ſoli ROMANO PONTIFICI immediatè ſunt ſubiecti.

Sutrinus & Nepeſinus, Epiſcopatus vniti. *Sutri. Nepi.*
Ciuitatenſis, ſeu Ciuitatis Caſtellanæ, in Tuſciâ, & Hortanus, vniti. *Ciuita Caſtellana. Horti.*
Viterbienſis & Tuſcanenſis, vniti. *Viterbo. Tuſcanella.*
Balneoregienſis. *Bagnarea.*
Vrbeuetanus. *Oruieto.*

Peru-

Peruſinus. *Perugia*, Academia.
Caſtellanus ſeu Ciuitatis Caſtelli, in Vmbriâ. *Citta di Caſtello.*
Ciuitatis Plebis. *Ciuita di Plebe.*
Caſtrenſis, gentis Farneſiæ. *Caſtro.*
Aretinus. *Arezzo.*
Lucenſis, habet ius Pallij. *Luca.* quæ libera eſt Reſpublica.
Spoletinus. *Spoleto.*
Interamnenſis. *Terni.*
Narnienſis. *Narni.*
Amerinus, *Amelia.*
Tudertinus. *Todi.*
Reatinus. *Rieti.*
Fulginas ſeu Fulginatenſis. *Foligno.*
Aſſiſienſis. *Aſſiſi*, patria S. Franciſci.
Tiburtinus, prope Vrbem. *Tiuoli.*
Anagninus. *Anagna.*
Verulanus. *Verulo.*
Tarracinus & Setinus, vniti. *Terracina. Sezza.*
Segninus. *Segni.*
Alatrinus. *Alatro.*
Ferentinus. *Fiorentino.*
Anconitanus & Humanenſis ſeu Numanenſis, vniti. *Ancona. Humana.*
Lauretanus & Recinetenſis, vniti per Sixtum V. *Loreto. Ricanati.*
Aſculanus. *Aſcoli.*
Æſinus. *Ieſi.*

Auxi-

Auximanus. *Oſmo.*
Fanenſis. *Fano.*
Camerinenſis. *Camerino*, Ducatus S. R. E.

Præter iſtos, ſunt & alij Epiſcopatus qui Prouinciæ Romanæ à nonnullis adſcribuntur; vt *Nucerinus*, *Caietanus*, *Fundanus*, *Soranus*, *Aquinas*, *Aprutinus* ſeu *Theramenſis*, *Aquilanus* ſeu *Furconenſis*, *Marſicanus*, *Ortonenſis* ſeu *Camplenſis*, *Sulmonenſis* ſeu *Valuenſis*, *Atrienſis* ſeu *Pennenſis*, in regno Neapolitano; *Papienſis*, & *Mantuanus* in Longobardiâ; *Salutiarum* in Pedemontio; *Biſignanenſis* in Calabriâ, & *Cenetenſis* in Dalmatiâ ad mare; vt per litteras ex Vrbe miſſas V. Cl. Antonius Boſius nos monuit.

Baronius tomo XI. Annalium in rebus geſtis anni M.LVII. ex vetuſto ſacrorum rituum manuſcripto codice Vaticano, duos & ſexaginta Romanæ Prouinciæ Epiſcopatus numerat, præter illos qui Cardinalibus erant adſignati. Ex iſtis LXII. Epiſcopatibus nonnulli inſequentibus ſæculis Archiepiſcopatus ſunt facti, vt *Florentinus*, *Senenſis*, *Vrbinas*, & *Firmanus*: adeoque propria cuique prouincia, & ſuæ cuique Sedes Epiſcopales ſuffraganeæ ſunt contributæ; vt ſuis infrà locis dicetur. Quo fit, vt longè pauciores hodie quàm olim Epiſcopatus in Romanâ Prouinciâ

ciâ exiſtant. Res tota clarior fiet Codicem hunc Nouum Prouincialem cum Veteri conferenti.

RAVENNAS ſiue RAVENNENSIS Archiepiſcopus. *Rauenna*: cui ſunt ſuffraganei Epiſcopi,

Hadrienſis, in opido Rodigio reſidens. *Adri.*
Comaclenſis. *Comachio.*
Fauentinus. *Faenza.*
Foro-Popilienſis & Britinorianus. *Forlimpopoli. Brentinore.*
Foro-Liuienſis. *Forli.*
Cæſenas, ſeu Cæſenatenſis. *Ceſena.*
Saſſinas, ſiue Sarſinenſis. *Sarſina*, patria Plauti.
Ariminenſis. *Rimini.*
Foro-Cornelienſis, vulgò Imolenſis. *Imola.*
Ceruienſis. *Ceruia.*
Faneſtrienſis. *Faneſtria.*
* Ferrarienſis. *Ferrara*, Ducatus S.R.E.

RAVENNENSIVM Archiepiſcoporum res geſtas fusè commemorat Hieronymus Rubeus in Hiſtoriâ ſuâ Rauennate.

Semel hoc loco monuiſſe ſuffecerit, eiuſdem Prouinciæ Epiſcopos dici, qui eidem Archiepiſcopo ſunt ſuffraganei: Epiſcopatus item à iuriſdictione Archiepiſcopali exemptos eſſe, quibus aſteriſcus eſt præfixus.

BONONIENSIS Archiepiſcopus per Gregoriũ XIII. anno M.D. LXXXIII. inſtitutus. *Bologna*, Academia.

Parmenſis. *Parma*, Ducatus gentis Farnetiæ, & Academia.
Placentinus. *Piacenza*, Ducatus gentis eiuſdẽ.
Rhegienſis. *Reggio*, Ducatus gentis Eſtenſis.
Mutinenſis. *Modena*, Ducatus gentis eiuſdem.
Cremenſis. *Crema*, in ditione Venetorum.
Iuliæ Fidentiæ, vulgò Burgi S.Domnini, per Clementem VIII. *Borgo San Donnino*, in ditione Ducis Parmenſis.

BONONIENSIVM Antiſtitum hiſtoriam eleganter atque accuratè ſcripſit Carolus Sigonius libris v.

FIRMANVS A. per Sixtum V. *Fermo*.

Maceratenſis. *Macerata*.
Tolentinus. *Tolentino*.
Septempedæ ſiue S. Seuerini. *San Seuerino*.
Montis-Alti, per Sixtum V. *Montalto*.
Ripanus, ſeu Ripę Tranſonis, in Piceno. *Ripa*.

CA-

CAPVT II.

REGNVM NEAPOLITANVM.

Paret hodie Catholico Hiſpaniarum Indiarumque Regi.

NEAPOLITANVS A. per Gregorium I. inſtitutus. *Napoli*, Academia.

Puteolanus. *Pozzuolo.*

Nolanus. *Nola.*

Acerrarum. *Cerra*, gentis Cardoniæ.

Iſolanus, vel Iſclanus, ſiue Ænarius. *Iſcla. Iſchia.*

* Aduerſanus, vulgò Auerſanus. *Auerſa*, Comitatus.

Solet tamen E. Auerſanus ire ad Concilium prouinciale Neapolitanum, quòd Archiepiſcopum Neapolitanum ſibi elegerit, vt viciniorem, Metropolitanum: iuxta decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. De Reformat. cap. 11. Quæ electio ligat & ſucceſſores, ex declaratione Romę habitâ à B. Carolo Borromæo Card. & A. Mediolanenſi anno M. D. LXXVIII. die XXV. Aprilis.

Ceterùm cum Auerſano vniti ſunt Epiſcopatus Cumanus & Atellanus.

CAPVANVS A. per Ioannem XIII. anno DCCCC. LXVIII. *Capoa.*

Theanenſis. *Thiano.*
Caluenſis. *Calui.*
Caſertanus. *Caſerta*, Principatus.
Calatinus ſeu Caiacenſis. *Caiazzo*, Comitatus.
Caleni ſeu Carinolæ. *Carinola*, Comitatus.
Æſernienſis ſeu Eſernienſis. *Sergna*, patria S. Petri de Morono, qui & Cæleſtinus V. Papa dictus fuit.
Sueſſanus. *Seſſa*, Ducatus.
Venafranus. *Venafri*, Marchionatus.
Caſinenſis. *Monte Caſſino*, per Ioannem XXII. vbi hodieq; celeberrimum eſt monaſterium Benedictinorum, à S. Benedicto conſtructum. Ad radices montis nunc floret opidum ſeu fanum S. Germani.
* Aquinas. *Aquino*, Comitatus.
* Fundanus. *Fondi*, Comitatus.
* Caietanus. *Gaietta.*
* Soranus. *Sora*, patria Cæſaris Baronij Cardinalis, eſtque Ducali titulo vrbs inſignis.

Hi quattuor poſteriores Epiſcopi prætendunt, ſeſe ad Prouinciam Romanam pertinere, non autem ad Capuanam aut Theatinam.

SALERNITANVS A. *Salerno*, Academia & Principatus gentis Grimaldæ.

Caputaquenſis. *Capaccio.*
Policaſtrenſis. *Pulicaſtro*, Comitatus.
Sarnenſis. *Sarno*, Comitatus.
Acernenſis, in ditione Marchionis à Cornea. *Acierno.*
Marſicenſis. *Marſico.*
Campanienſis, cum Satrianenſi vnitus. *Campagna*, Marchionatus.
Nucerinus. *Nocera delli Pagani*, Ducatus gentis Carafæ.
Nuſcanenſis, ſeu Nuſcitanus. *Nuſco.*
* Cauenſis. *Caua.*

Philippus Ferrarius, in Topographiâ Martyrologij Romani, Marſicenſem E. ſub A. Beneuentano collocat.

AMALPHITANVS A. *Amalfi*, Ducatus.

Capritanus, ſeu Capreæ inſulæ. *Capri.*
Scalenſis. *Scala.*
Minorenſis. *Minori.*
Litterenſis ſeu Literanenſis. *Lettre.*
* Rauellenſis, vnitus cum Scalenſi per Clementem VIII. *Rauello.*

SVRRENTINVS A. anno DCCCCXIII. *Sorrento.*

Aquenſis ſeu Vicenſis. *Vico*, Marchionatus

 ſub

ſub dominio temporali Principis Concharum.

Lubrenſis ſeu Maſſæ. *Maſſa.*

Stabienſis, ſiue Stabiarum. *Caſtel à mare di Stabia.*

COMPSANVS A. *Conza*, ſiue *Conſa*, Comitatus.

Muranus. *Muro*, Comitatus.

Satrianenſis, qui eſt vnitus cum E. Campanienſi. *Satriano. Cagiano.*

Laquedonenſis. *Alcedonia.*

S. Angeli de Lombardis, & Biſacienſis, vniti. *S. Angelo de Lombardi*, Comitatus. *Biſaccia.*

Montis Viridis. *Monte verde.*

ACHERVNTINVS & MATERANVS AA. vniti. *Cirenza. Matera*, Comitatus.

Venuſinus. *Venoſa*, Principatus.

Angolenſis. *Angola.*

Potentinus. *Potenza*, Comitatus.

Grauinenſis. *Grauina*, Ducatus.

Tricaricenſis. *Tricaria.*

* Montis Peluſi, ſeu Piloſi. *Monte Pelloſo.*

TARENTINVS A. *Taranto.*

Motulenſis. *Motula.*

Caſtellanetenſis. *Caſtellaneta*, Marchionatus.

Oriæ ſeu Oritanus. *Oria*, Marchionatus.

TARENTINORVM Archiepiſcoporum ſeriem

riem recitat Ioannes Iuuenis lib. 8. de antiquitate Tarentinorum, exſtatque in tomo Italiæ illuſtratæ.

BRVNDISINVS A. & Octenſis, vniti. *Brindiſi.*

Hoſtunenſis. *Hoſtuni.*
* Nerotinenſis, aliàs Nardonenſis. *Nardo*, Ducatus.
* Monopolitanus. *Monopoli.*

HYDRVNTINVS A. *Otranto.*

Aletinus ſeu Leccienſis, aliàs Lupienſis, vel Luſpienſis. *Leccie.*
Leucenſis & Alexanenſis. *Capo di Leuco.*
Caſtrenſis, in opido Poiardi reſidens. *Caſtro.*
Gallipolitanus, olim Callipolitanus. *Gallipoli.*
Vgentinus. *Vgento*, Comitatus.

BARENSIS A. & Canuſinæ Sedis Antiſtes. *Bari. Canoſa.*

Bituntinus. *Bitunto.*
Melphitenſis. *Molfetta*, Principatus.
Iuuenacenſis. *Giouenazzo*, Comitatus.
Rubenſis. *Ruuo*, Comitatus.
Conuerſanus. *Conuerſano.*
Mineruienſis. *Mineruino.*
Polignianenſis. *Pulignano*, Marchionatus.
Lauellinenſis. *Lauello.*
Bitectenſis. *Bitetti.*

Catharenſis, in Dalmatiâ. *Catheri*, ditionis Venetæ: vt ex illius Eccleſiæ monumentis ad Vrbem miſſis accepi.

TRANENSIS A. & Salpenſis. *Tranni. Salpe.*

Vigiliarum. *Biſegli.*

Andrienſis. *Andri.*

NAZARENVS Archiepiſcopus eſt titularis, & poſſidet vnitos Epiſcopatus Caſinenſem & Montis Viridis. Habet baſilicam in caſtro ſeu opido *Baroli*, diœceſis Tranenſis, titulo *S. Mariæ de Nazareth*, cum collegio Canonicorum & dignitatibus cathedralibus, vtiturque inſignibus Archiepiſcopalibus.

SIPONTINVS olim, nunc MANFREDONIAE A. & MONTIS GARGANI. *Siponto. Manfredonia. Monte di S. Angelo.*

Veſtanus. *Vieſte.*

*Melphienſis & Rapollēſis, vniti. *Melfi*, Principatus. *Rappollo.*

THEATINVS A. per Clementem VII. anno M. D. XXVI. gaudetque titulo Comitis. *Ciuita di Chieti.*

Ortonenſis & Complenſis, vel Camplenſis. *Ortona.*

*Pinnenſis & Adrienſis, ſiue Hadrienſis, vniti. *Ciuita di Penna. Atri*, Ducatus.

*Val-

* Valuenſis & Sulmonenſis. *Sulmona*, patria Ouidij, & Ducatus olim Lannoiæ, nunc gentis Burgheſiæ.
* Aquilanus & Furconenſis, vniti. *Aquila.*
* Marſicanus. *Marſi, Marci.*
* Aprutinus ſeu Theramenſis. *Teramo.* diciturque Princeps Therami, & Comes Biſegnæ.

Ciuitatis Ducalis, niſi fallor. *Ciuita Ducali.*

Pinnenſem, Valuenſem, Aquilanum, Marſicanum & Aprutinum Epiſcopatus, cum adiunctis, alij referunt ad Prouinciam Romanam.

LANCIANENSIS A. per Pium IV. *Lanciano.*

* Triuentinus. *Triuento*, Comitatus.

RHEGIENSIS A. in Calabriâ. *Reggio.*

Catacenſis. *Catanzaro.*
Cotronienſis. *Cotrone.*
Tropienſis, vel Tropeenſis. *Tropea.*
Oppidenſis. *Oppido*, Comitatus.
Bouenſis. *Boue.*
Neocaſtrenſis, *Nicaſtro*, Comitatus.
Nicotirenſis, vel Nicoteranenſis. *Nicotera*, Comitatus.
Locrenſis, aliàs Giracenſis ſiue Hieracienſis. *Gieraci.*

Scyllacenſis, vulgò Suillacenſis, vel Squillatinus. *Squillace*, patria Caſſiodori, Principatus titulo nobilis.
* Mileti. *Mileto*, Comitatus.

COSENTINVS ſiue CONSENTINVS A. *Coſenza.*

Marturanenſis. *Martorano*, Comitatus.
* S. Marci. *S. Marco.*
* Biſinianenſis. *Biſignano*, Principatus.
* Caſſanenſis. *Caſſano.*

ROSCIANENSIS ſeu ROSANENSIS A. *Roſano.*

Nullum habet ſuffraganeum.

S. SEVERINAE A. *S. Seuerina*, Ducatus.

Vmbriaticenſis. *Vmbriato.*
Bellocaſtrenſis. *Belcaſtro*, Comitatus.
Inſulanus. *Iſola.*
Gerentinenſis & Cariatenſis, vniti. *Cariati*, Principatus.
Strongulenſis. *Strongoli.*

BENEVENTANVS A. *Beneuento.*

Aſculanus. *Aſcoli*, Principatus.
Teleſinus, in opido Ceneto reſidens. *Teleſe.*
S. Agathæ. *Sant Agatha de Gott.*
Aliphanus. *Aliſe.*
Montis Marani. *Monte Marano.*

Auel-

Auellinenſis ſiue Abellinenſis,& Frequentinus vniti. *Auellino. Fricenti.*
Vicanus. *Vico della Baronia.*
Arianus. *Ariano*, Ducatus.
Boianenſis *Boiano*, Ducatus.
Bouinenſis vel Bouinus. *Bouino*, Ducatus.
Vulturarenſis & Montis Coruini. *Vulturara. Monte Coruino.*
Larinenſis. *Larino.*
Termularum. *Termuli.*
S. Seueri. *San Seuero.*
*Troianus. *Troia.*
Guardienſis Alferiæ. *Guardia Alfana.*

His addit Philippus Ferrarius E. Marſicenſem, quem alij ſub A. Salernitano collocant.

Ceterùm recitatam hactenus Epiſcopatuum regni Neapolitani ſeriem ex Marini Frecciæ tractatu De ſubfeud. & Proſperi Auguſtini Notis ad Stephani Quarantæ Bullarium fideliter depromſimus. Addit Proſper, in regno Neapolitano Sedes Archiepiſcopales xx. numerari, Sedes autem Epiſcopales cxiv. additâ Liparenſi: quę etſi Meſſanenſi in Siciliâ Archiepiſcopo ſit ſuffraganea, ad regnum tamen Neapolitanum ea inſula pertinet. Ex his viii. Archiepiſcopatus, Epiſcopatus verò xviii. ſunt ad Regiam præſentationem, vt loquuntur.

CA-

CAPVT III.

SICILIA.

Inſula paret Regi Catholico.

PANORMITANVS A. *Palermo.*
Mazarienſis. *Mazara.*
Agrigentinus. *Girgenti.*
Melitenſis. *Malta*, inſula Equitũ Rhodiorum.

MESSANENSIS A. *Meſſina.*

Liparenſis & Pactenſis, vniti per Bonifacium VIII. *Iſola di Lipari. Patti.*
Cephalœdenſis. *Cifalu.*

MONTIS REGALIS A. per Lucium III. anno M. C. LXXXIII. *Monreale.*

Catanenſis. *Catania.*
Syracuſanus. *Siracoſa.*

SARDINIA.

Inſula paret Regi Catholico.

CALARITANVS A. *Cagliari.* cum quo vnitus eſt E. Suelliſenſis.

Sulcitanus, in villâ Eccleſiæ reſidens. *Solci.*
Læſenſis. *Leſſa.*

TVR-

TVRRITANVS A. in vrbe Saſſaritanâ reſidens. *Torre. Saſſari.*

Algarenſis,ſiue Algerienſis. *Algar*
Boſenſis. *Boſſa,Boſi.*
Emporienſis. *Empurias.*
Phauſanienſis,vulgò Fauſinenſis, in Caſtro Aragonenſi reſidens. *Terra noua.*

Philippus Berterius in Topographiâ Martyrologij Rom.tradit Phauſanienſem E. cum Emporienſi eſſe vnitum.

Arborea ſeu *Arborenſis* Archiepiſcopus, *Arbora*,non habet ſuffraganeos Epiſcopos.

INSVBRIA.

Paret Regi Catholico.

MEDIOLANENSIS A. *Milano.*

Cremonenſis, in Ducatu Mediolanenſi. *Cremona.*
Laudenſis, ibidem. *Lodi.*
Nouarienſis, ibidem. *Nouara.*
Alexandrinus, ibidem, per Alexandrum II. *Aleſſandria.* Gallis, *Alexandrie de la Paille.*
Dertonenſis, ſeu Terdonenſis. *Tortona.*
Viglebanenſis. *Vigleuano.*
Bergomenſis, in ditione Venetorum. *Bergomo.*
Brixienſis, ibidem. *Breſcia.*
Vercellenſis, in Principatu Pedemontano, qui

qui hodie Ducis eſt Sabaudiæ. *Vercelli.*
Aſtenſis, ibidem. *Aſte.*
Caſalenſis, in Ducatu Montis-Ferrati, qui nunc eſt Ducis Mantuani. *Caſale.*
Albenſis, ſiue Albæ Pompeiæ, ibidem. *Alba.*
Aquenſis. *Acqui, Aich.*
Saonenſis vel Sauonenſis, in ditione Genuentium. *Sauona.*
Intemelienſis ſeu Vintimilienſis, ibidem. *Vintimiglia.*
*Ticinenſis ſeu Papienſis, habet ius Pallij: *Pauia*, Academia. Alij hunc E. referunt ad prouinciam Romanam.

Mediolanensivm Archiepiſcoporum Catalogus, iuſſu S. Caroli Borromæi, & Concilij IV. prouincialis Mediolanenſis concinnatus, exſtat cum Conciliis ab eodem Borromæo celebratis.

Ticinenſium Epiſcoporũ res geſtas ſcripſere Bernardinus Saccus, & Ant. Maria Spelta.

Capvt IV.
PEDEMONTANA DITIO ET SABAVDIA.

Parent Duci Sabaudiæ.

Tavrinensis A. per Sixtum IV. & Leonem X. *Turin*, Academia.
Eporedienſis, ſeu Hipporegienſis. *Iurea.*
Montis

Montis regalis ſeu Mondouienſis. *Mondeui.*
Foſſanenſis, per Gregorium XIII. *Foſſan.*
* Salutiarum: *Saluze*, in Marchionatu eiuſdem nominis, quem hodie Sabaudus poſſidet, ex fœdere cum Henrico IV. Galliarum Rege inito. Alij hunc Epiſcopatum ad Rom. Prouinciam referunt: fortaſſe, eò quòd exemptus ſit ab omni iuriſdictione Archiepiſcopali.

TARANTASIENSIS A. *Tarantaiſe.* aliàs *Mouſtier.*
Auguſtanus. *Aoſta, Oſta.*
Sedunenſis, apud Rhætos, vulgò Griſones. *Sion, Sitten.*

Præter Epiſcopos iam commemoratos, reſidentitem in ditione Ducis Sabaudiæ, Maurianenſis, Geneuenſis, Nicienſis, Vercellenſis & Aſtenſis Epiſcopi: de quibus vide huius libri capp. III. XIII. & XIV.

CAPVT V.

ETRVRIA.

Paret Magno Etruriæ Duci.

FLORENTINVS A. per Martinum V. anno M. CCCC. XXI. *Fiorenza.*
Feſulanus. *Fiezole.*
Piſtorienſis. *Piſtoia.*

Vola-

Volaterranus. *Volterra.*
Collenſis. *Colle.*
Burgi S. Sepulcri. *Borgo S. Sepolchro.*
Lunenſis & Sarzanenſis, vniti. *Luni. Serzana.* in ditione Genuenſium.
* Montis Politiani. *Monte Pulciano.*
* Cortonenſis, per Ioannem XXII. *Cortona.*

SEN'ENSIS A. per Pium II. anno M. CCCC. LIX. *Siena*, Academia.

Suanenſis. *Soana.*
Cluſinus. *Chiuſi.*
Groſſetanus, aliàs Roſetanus vel Roſellanenſis. *Groſſeto.*
Pientinus ſeu Corſinianenſis. Sienza *Bientina.*
Ilicinenſis, vel Ilcinenſis, ſeu Montis Ilcinei. *Monte Alcino.*
Acherontia, *Cirenza*, Magnæ Greçiæ ſiue Apuliæ vrbs, Horatio, Paulo Diacono, aliiſque veteribus nota, dicitur hodie Matera iuxta Leandrum & Collenutium, gaudetque titulo Archiepiſcopali. 166

Acmonea, æ, V. E. ſub M. Laodiceno, in Phrygiâ Cappatianâ. 108

Acon, alio nomine Ptolemais, *Acre*, V.E. Syriæ, ſub A. Tyrenſi. Inter alios Epiſcopum habuit Ioannem Vitriacum, ſcriptis celebrem. 155

Acrida, *Ocrida*, patria Iuſtiniani Imperatoris, ab eodem dicta Ivstiniana prima, V. A. Bulgariæ. 17.92.184

Adana, *Aden*, Ciliciæ vrbs, Dioni, Ptolemæo, Cedreno & Curopalatæ nota. Apud Tyrium eſt Metropolis autecephala ſub P. Antiocheno. Apud Bellonium lib. 2. Obſeruationum cap. 108. dicitur *Adena*; Leonardo Abeli eſt hodie *Adna*. 142

Adiacivm, *Aiazzo*, V.E. inſulæ Corſicæ, ditionis Genuenſis, ſub A. Piſano. 176

Adraon, E. ſub ſede Boſtrenſi, in Arabiâ maiore, & Patriarchatu Antiocheno, apud Tyrium. 138

Adrassvs ſiue Adrasvs, V.E. ſub M. Seleucienſi, apud Tyrium, & Imp. Leonem. 140

Adria

Adria. Vide Hadria.

Adrvmetvm, vel Hadrvmentvm, vrbs olim E. Africæ propriæ, hodie *Mahometta.* 94

Adversa, vulgò *Auerſa*, Campaniæ V. E. in regno Neapolitano, à iuriſdictione Archiepiſcopali exempta. Dicitur condita ex reliquiis Atellæ. 163

Advræ ſiue Atvræ, *Aire*, ad Aturum fl. V. E. Vaſconię, ſub A. Auſcenſi. 197

Ægas, Ptolemæo Ægæ, V. E. ſub M. Anazarbâ, in Armeniâ minore, & Patriarchatu Antiocheno, apud Guil. Tyrium. 139

Ægina, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

Ægyptvs, Africæ regio celeberrima, *Egitto*, egregiè deſcribitur à Petro Bellonio lib. 2. Obſeruationum. Subeſt P. Alexandrino in ſacris. 24. 131

Ælia, V. E. ſub P. Ieroſolymitano. 152

Ælia Capitolia dicta eſt vrbs Ieroſolymitana ab Ælio Hadriano Imp. illius inſtauratore, vt tradit Dion Caſſius. 145

Æmonia V. olim E. Iſtrię ad Nauporti fluminis oſtia olim ſita, cuius ruinæ hodieque ſpectantur inter Iuſtinopolim & Parentium. Ex eius reliquiis conſtructa eſt Civitas nova, inde non longè diſſita, V. E. ſub Patriarchâ Aquileienſi. 179

Ænvs, Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano. 21. 122

Æryndele, E. ſub M. Rabenſi ſeu Petracenſi, in P. Ieroſoly mitano. 147.

Æsernia, Straboni, Ptolemæo, aliiſque, vrbs Samnitum, vulgò *Sergna*, habet Epiſcopum Capuano A. ſuffraganeum. 164

ÆSIS vel ÆSIVM, *Gieſi*, vrbs ditionis Pontificiæ, in prouinciâ Marchiæ: hinc E. Æſinus. In cathedrali baſilicâ quieſcit corpus S. Septimij Epiſcopi & martyris. 159.

ÆTHIOPIA, ampliſſima Africæ regio, cuius partes orientales incolunt Abyſſini, homines Chriſtiani. Eiuſdem partes ſunt Guinea, & regnum Congo, in quibus hodie Epiſcopi ſunt orthodoxi. 25.31.54.191.192

AFRICA, tertia Orbis pars, hodie *Barbaria:* quam egregiè deſcripſit Ioannes Leo Afer, temporibus Leonis X Papæ. In eâ olim centenę aliquot diœceſes Epiſcopales fuere, nunc vix duæ numerantur ex oppoſito Europæ, nimirum *Septenſis* & *Tingitana*, quibus vnus idemque Epiſcopus præeſt. 7.94

AGATHA, Plinio, Straboni & Ptolomæo nota, *Agde*, V. E. ſub A. Narbonenſi, Araurari alluitur, & Concilio ibi habito, Alarici Viſigothorum Regis temporibus, gloriatur. 197

AGATHOPOLIS, *Sant Agatha de Gott*, V.E. ſub A. Beneuentano, in regno Neapolitano. In baſilicâ cathedrali adſeruatur digitus S. Agathę: vt ex eius loci monumẽtis ad Vrbem miſſis accepimus 170

AGATHOPOLIS V. E. ſub M. Hadrianopolitano, in Hæmimonte. 113

AGINNVM, *Agen*, V. E. Nitiobrigum, ad Garumnam fl. in Galliâ, ſub A. Burdigalenſi, patria Ioſephi Scaligeri. 196

AGRIA, *Agria*, V.E. ſub A. Strigonienſi in Hungariâ. 210

AGRIGENTVM, *Girgenti*, Siciliæ V.E. ſub A. Panormitano hodie, ſed olim ſub M. Syracuſano, temporibus

poribus Græcorum: vt patet ex Diſp. Leonis Imperatoris. 115.172

AGRIPPIAS, V.E. ſub M. Sergiopoli, in Patriarchatu Antiocheno. 141

AGRIPPIAS. Vide ANTHEDON.

ALANIA Metropolis, ſub Patriarchâ Conſtantinopolitano. 21

ALATRIVM, *Alatro*, V.E. in ditione & prouinciâ Romanâ: vnde E. Alatrinus. 159

ALBA IVLIA, Daciæ vrbs, ſic dicta à Iuliâ Auguſtâ M. Aurelij Antonini matre, hodie *Fairwar*, V.E. in Tranſſiluaniâ, ſub A. Colocenſi. 210

ALBA LONGA', *Alba*, vrbs Latij vetuſtiſſima, ab Aſcanio condita, à quâ Albanus ſiue Albanenſis hodie Cardinalis Epiſcopus nomen habet. 158

ALBA POMPEIA, Plinio nota, *Alba*, V.E. ſub A. Mediolanenſi, in ditione Montis Ferrati, ad Ducem hodie Mantuanum ſpectat. 174

ALBA, *Eluas*, V.E. Luſitaniæ, ſub A. Oliſiponenſi. 191

ALBARRACINVM, *Alboracin*, olim LOBETVM, V.E. Hiſpaniæ ſub A. Valentino, niſi fallor. Vide Marianam Rerum Hiſp. lib. 11. cap. 12. 190

ALBANENSES, *Albaneſi*, Calabriæ citerioris incolæ, ex Illyrico ſeu Epiro in Italiam tranſlati, hodieq; ritu & idiomate Græcanico vtuntur ſuis in ſacris. Incolunt ferè vicos diœceſis Biſinianenſis, & aliarum in illo tractu. 170.

ALBIGA & ALBIA, *Albi*, ad auriferum Tarnem, vrbs Cadurcorum E. in Galliâ, ſub A. Bituricenſi, Gregorio Turonenſi nota. Ab eâ Albigẽſes olim hæretici nomen acceperunt. Epiſcopus porrò, idemque vrbis dominus, nunc Albigenſis, nunc

Albienſis dicitur. Hæc regio croco excellenti & glaſto abundat. 196

ALBINGAVNVM, *Albenga*, Straboni, Ptolemæo Albigaunum, Plinio AlbiumGaunum, V.E. Ligurię ſub A. Genuenſi. Epiſcopatum inſtituit Alexander III. anno 1179. 177

ALBINTIMELIVM, Vide INTIMELIVM.

ALDEBVRGVM, *Aldenburg*, V. olim E. Germaniæ, cuius ſedes inde Lubecam circa annum 970. eſt tranſlata. Aldeburgenſem E. Carolus Magnus Imp. inſtituerat. 208.

ALCEDONIA vulgò *Laquedonia* V.E. ſub A. Compſano in regno Neapolitano. 166

ALECTA. Vide ALETA.

ALECTRYOPOLIS, V.E. ſub M. Philippenſi in Macedoniâ. 112

ALEPVM ſiue ALEPPVM, *Aleppo*, vrbs Syriæ, mercatu omnium nationum celeberrima. Vide HALEPVM & BERROEA. 137

ALERIA, Corſicę inſulæ V.E. ſub A. Piſano, nomen retinet. 176

ALESA, V. E. olim ſub M. Syracuſano, in Leonis Imp. Diſpoſitione. 115

ALESSIVM, *Aleſſo*, vrbs Epiri, in quâ obiit Georgius Scanderbechius. 113

ALETHA ſiue ALETHVM, olim V. E. Britanniæ minoris, ſub A. Turonenſi: cuius ruinæ viſuntur primo lapide à Maclouiopoli, *Sainct Malo*, quò & ſedes E. eſt tranſlata. 149

ALETA Ioſ. Scaligero, ALECTA Papirio Maſſono, *Alet*, ad Atacem fl. V.E. ſub A. Narbonenſi. 198

ALETIVM, *Lecci*, V.E. antiqua Salẽtinorum, ſub A. Hydrũtino. Nõnullis putatur & LVSPIA dicta. 167

ALEXANDRIA, vrbs Ægypti celeberrima, ab Alexandro Macedone condita, Patriarcharum olim Alexandrinorum, Regumque Ægypti ſedes, emporium hodieque Europæis notiſſimum, deſcribitur à Bellonio lib.2. cap.19. 25.131

ALEXANDRIA STATIELLORVM, *Aleſſandria della Paglia*, V.E. Liguriȩ, ſub A. & Ducatu Mediolanenſi, primùm Cæſarea nuncupata, deinde Alexandria, in gratiam Alexandri II. Pont. Max. à quo & ſede Epiſcopali eſt condecorata. Præſidium habet Hiſpanorum validiſſimum. 173.

ALGERIVM, *Algar*, V. E. Sardiniæ, ſub A. Turritano. 173

ALGARBIÆ regnum, Luſitanicæ coronæ coniunctum, quattuor opida continet, *Tauiram*, *Lagum*, *Farum* & *Siluam*; quibus vnus præeſt Epiſcopus, nunc Algarbiæ, nunc Siluæ titulo vtens. 192

ALLIPHA, *Aliſe*, Samnitium V.E. ſub A. Beneuentano. 170

ALMERIA, *Almeria*, V.E. Hiſpaniæ, ſub A. Granatenſi. 189

ALMINIVM, *Almiza*, V. E. Dalmatiæ: cuius ſedes vnita eſt cum A. Spalatenſi. 180

ALTINVM, *Altin*, V.E. olim inter Patauium & Concordiam, Tacito, Straboni, aliiſque nota, ab Hunnis vnà cum Aquileiâ euerſa: cuius hodie nihil exſtat præter turrim, quæ nomen Altini ſeruat. Sedes E. inde in *Torcellum* inſulam, Venetiis haud procul diſtantem, eſt tranſlata. 178

ALTISIODORVM. Vide AVTISSIODORVM.

AMALPHIS, *Amalfi*, V.A. in regno Neapolitano. Hîc inuētus eſt Pyxidis nauticȩ, ſiue magnetis ad nauigandū vſus, per Ioan. Goiam Amalphitanū. 165

AMAN-

AMANTEA V. E. olim ſub Metropol. Rhegienſi in Calabriâ, apud Leonem in Diſpoſ. 111

AMASIA, *Amaſia*, Cappadociæ vrbs vetus, Strabonis Geographi patria, ad transfluentis Iridis ripam ſita, Turcici hodie Præfecti ſedes, egregiè deſcribitur à Buſbequio in Itinerario Conſtantinopolitano & Amaſiano. AMASIA ſiue AMASEA eſt M. XII. apud Leonem Imp. in Diſpoſitione. 105.

AMASTRIS, vel AMASTRVM, Ptolemæo & Plinio, vrbs Bithyniæ in Aſiâ minore, hodie *Samaſtro*, vt vult Niger. Fuit olim M. ſub P. Conſtantinopolitano. 114. 121

AMATHVS, *Amathuſia*, V. olim E. Cypri inſulæ ſub Venetis. 182

AMBIANVM, *Amiens*, ad Somonam fl. in Picardiâ, V. E. ſub A. Remenſi. AMBIANI populi apud I. Cæſarem & alios veteres. 195

AMBLADA, Piſidiæ vrbs Stephano, Cariæ Straboni. Ambladenſis E. ſub M. Iconienſi in Lycaoniâ, apud Leonem in Diſpoſitione. 109

AMBRACIA, Straboni & Plinio. AMPRACIA Ptolemæo, Æliano & Herodoto, vrbs Epiri.

AMENDVS, Cariæ V. E. in Concilio Nicæno 111. Apud Leonem Imp. mentio fit MENDI E. ſub M. Stauropoli. 108

AMERICA, quæ ob magnitudinem ſuam hodie NOVVS ORBIS vocatur, veteribus incognita manſit vſque ad an. Chriſti 1492. quo primùm reperta eſt ab Americo Veſpuccio Florentino, nomine Ferdinandi Regis Caſtellæ, ac poſtmodum detecta à Chriſtophoro Columbo Genuenſi. 224

AMERIA, vrbs antiqua Vmbriæ, hodie *Amelia*: hinc E. Amerinus in prouinciâ Romanâ. 159

AMIDA, Metropolis ſub Patriarchatu Antiocheno, apud Guil. Tyrium. Amidam Procopius ad Tigrim collocat. Ammianus Marcellinus Meſopotamiæ adſcribit; eamque à Conſtantino Imp. ampliatam, inde Conſtantiam nuncupatam tradit. Hodie *Caramit* dici Petrus Gyllius tradit. Cedrenus & Curopalates ſcribunt eam à Saracenis *Emet* vocari. 141

AMITERNVM, *Amiterno* & *S. Victorino*, V. olim E. Veſtinorum, patria Salluſtij, nunc iacet exciſa; ex cuius & Furconij ruinis ſurrexit vrbs Aquila, quò & Epiſcopatus vterque eſt tranſlatus. 169

AMMÆA, Meſopotamiæ vrbs Ptolemæo, hodie *Amit* iuxta Nigrum, vel *Emed*, iuxta And. Maſium. 141

AMMORIVM, ſiue AMORIVM, in Phrygia maiore, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 113. 121

AMSTELODAMVM, *Amſterdam*, Hollandiæ emporium toto orbe celeberrimum, in ſpiritualibus agnoſcere ſolet E. Harlemenſem. 202

AMVDASA, Africæ propriæ ſeu Byzacenę prouinciæ vrbs Ptolemæo, AMVDARSA Vict. Vticenſi.

AMYZON, V. E. Cariæ, Ptolemæo & Plinio: quæ in Concilio Epheſino corruptè Amazon dicitur.

ANA vel ANNA, *Ana*, vrbs antiqua Meſopotamię, ad Euphratem fl. mercatu hodieque celebris, à Petro Texerâ cap. 8. deſcribitur. Hinc Annenſis Catholicus ſeu Primas, vt arbitror. 144

ANABAGATHA, orum, V. A. ſub P. Antiocheno. 143

ANAGNIA, *Anagno* vel *Anagni*, vrbs vetus Hernicorum

corum in Latio: vnde E. Anagninus in prouinciâ Romanâ, id eſt, ſub ſpirituali & temporali, vt loquuntur, S.R. Eccleſiæ imperio. 159

ANASTASIOPOLIS, V. E. Traianopolitano in Rodope M. ſuffraganea: apud Leonem in Diſp. 112

ANASTASIOPOLIS, V. E. Galatiæ, ſuffraganea Ancyræ. 104

ANATETARTA, V.E. ſub M. Stauropolitano in Cariâ. 108

ANAZARBA, M. VII. in Armeniâ minore, ſub Patriarchatu Antiocheno, ANAZARBVS Plinio, Oppiani & Dioſcoridis patria, Ciliciæ ſecundæ vrbs, hodie *Axara* iuxta Nicetam Choniatem, alioſque Græcos, vel *Acſerai* iuxta Leunclauium, nunc non niſi pagus eſt, teſte Bellonio, lib. 2. Obſeruat. cap. 100. 138

ANAZARTHA, V.A. ſub P. Antiocheno. 143

ANCHIALVS, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 128

ANCONA, V.E. Piceni, ſub A. Firmano, nomen retinet, in ditione Pontificiâ, gaudetque portu ampliſſimo. 159

ANCYRA, in Galatiâ, Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano, hodie *Angur* Busbequio & Bellonio, celebris pannis vndulatis, qui ex caprarum villis eo loco texuntur. 103

ANCYRA, V. E. ſub M. Hierapolitano in Phrygiâ Cappatianâ. 113

ANDES Cæſari, Tacito ANDEGAVI, quos Meduana fl. interluit: hinc ANDEGAVVM, *Angers*, V.E. ſub A. Turonenſi in Galliâ. Exſtat Catalogus Epiſcoporum Andegauenſium, breui cum hiſtoriâ, Gallicè editus Andegaui annis ſuperioribus. 194

ANDRAPENSIS E. ſub M. Amaſeno, in Helenoponto, apud Leonem in Diſpoſitione. 106

ANDREOPOLIS, *S. Androu*, vrbs regni Scotiæ illuſtris, quam Archiepiſcopali dignitate & Scotię Primatu Sixtus IV. Papa, anno 1471. cohoneſtauit, rogante Iacobo III. Scotorum Rege: vt tradit Ioannes Ferrerius, in Appendice ad Hectoris Boëthij Hiſtoriam. Sedes Andreopolitana fuit primùm in Abbernetho opido, de quo vide ſuprà. Metropolitana baſilica S. Andreæ ſolet eſſe Canonicorum regularium; & ſolus Archidiaconus erat ſacerdos ſæcularis. 217

ANDRIVM, *Andri*, V.E. Apuliæ, ſub A. Tranenſi, in regno Neapolitano, Ducatus gẽtis Caraſæ. 168

ANDROS, *Andros*, Ægæi maris, vulgò Archipelagi inſula, inter Cyclades prima, Turcicum hodie iugum patitur. Hinc E. Andrenſis, ſiue Andrius olim Athenienſi, poſteà Naxienſi ac Parienſi M. ſuffraganeus. In hac inſulâ vrbs eſt eiuſdem nominis populoſa, in quâ, vt & in reliquâ inſulâ plurimi viuunt Chriſtiani ritus Latini, Græcis ſchiſmaticis, Turciſque mixti. Solet autem E. Andrenſis confirmationem hodieque à Pont. Romano petere, vt ex Vrbe accepimus. Ceterùm vt in Andro, ſic & in Cypro, Chio, Perâ, aliiſque Gręciæ locis atque inſulis, hac noſtrâ quoque ætate, medios inter Turcas ac Græcos ſchiſmaticos, à noſtris hominibus Catholicis ſacra ritu & idiomate Latino cebebrantur. 110

ANEMOE, V. E. ſub M. Seleucienſi apud Leonem Imp. in Diſpoſitione. Tyrio eſt ANEMORIOS. 139

ANGAMALA, *Angamala*, V. E. Chriſtianorum S. Thomæ in Indiâ Orientali, ſub A. Goano. Cete-

Ceterùm Angamalenſis E. creatus eſt Archiepiſcopus Cranganorenſis ſiue Serrenſis, per Paulum V. anno 1609. Vnde & Chriſtianorum S. Thomæ Archiepiſcopus dicitur. 223

S. Angeli ciuitas, *Sant Angelo*, V. A. frequens & loci naturâ perquam munita, in rupe Montis Gargani ſita, diſtat à Manfredoniâ ſenis paſſuum millibus. De ſpecu, qui hîc Michaëli Archangelo ſacer, fusè Leander Albertus. Vide Mons Garganvs. 168

S. Angeli de Lombardis, *S. Angelo di Lombardi*, V. E. ſub A. Compſano in regno Neapolitano. 166

Angelopolis, *Puebla de los Angeles* Hiſpanis, *Taxcala* incolis, V. E. ſub A. Mexicano, in Indiâ Occidentali. 225

Anglia, Britanniæ inſulæ pars maior, regio titulo à multis retrò ſęculis nobiliſſima. Sunt in eâ Archiepiſcopi duo, Cantuarienſis & Eboracenſis. 216

Anglona, *Anglone*, V. E. in finibus Lucanię & Brutiorum; teſte Cittadino apud Ortelium, in Theſauro Geographico. 166

Angola, *Angola*, regni Congo in Africâ vrbs primaria, ditionis Luſitanicæ. 191

Angra, *Angra*, V. E. in inſulâ Tercerâ, ſub A. Oliſiponenſi. 191

Anicivm. Vide Avicivm.

Ansloa ſiue Asloia, *Anſloo*, V. E. Noruegiæ, ſub A. Nidroſienſi. 221

Antandros, Aſiæ minoris opidum in Myſiâ, ad mare Ægæum, Ptolemæo, hodie *S. Dimitri*, Sophiano. Antandrius ſiue Attandrius E. ſub M. Epheſino, apud Leonem in Diſpoſitione. 103

An-

ANTARADVS ſiue ANTARADOS, Syriæ vrbs Ptolemæo & Plinio: quæ Tyrio, Vitriaco & Volaterrano hodie *Tortoſa*, V.E. ſub M. Tyrenſi, & P. Antiocheno. 134

ANTHEDON ſiue MAIVMA, quæ & Agrippias dicta, V.E. maritima Idumææ, ſub P. Ieroſolymitano. 141. 151

ANTIBARVM, *Antiuari*, V.A. Dalmatiæ: cui ſuffraganeæ ſedes fuerũt *Eiaterenſis, Palecienſis, Suatinenſis, Scodrienſis, Dinaſtrenſis, Polatenenſis, Sierbienſis, Bolonienſis, & Tribunienſis:* vt in diplomate Alexandri II. recenſentur apud Baronium, to. xi. anno 1062. Vrbs ipſa Antibarenſis, itemque ſedes omnes ſuffraganeæ, duabus exceptis, à Turcis ſunt occupatę: ſunt tamen Chriſtiani plurimi in agro Antibarenſi habitantes, quibus hodieque præeſt A. Antibarenſis, à Pontifice Rom. confirmatus; vt ex Vrbe accepimus. Apud Leonem Imp. in Diſpoſitione Antibarenſis E. recenſetur inter ſuffraganeos M. Dyrrachini. 113. 181

ANTINOE, V.E. primę Thebaidis in Ægypto, ad Nilum fl. hodie *Anthios*. 25

ANTIQVERA Hiſpanis, *Guaxaca* incolis, V.E. ſub A. Mexicano in Indiâ Occidentali. Epiſcopatum inſtituit Paulus III. anno 1547. 2

ANTIOCHIA, cognomento MAGNA, Syriæ vrbs ampliſſima, ſuper Oronte fluuio, Patriarcharum olim Antiochenorum ſedes, noſtris Antiochia, Turcis hodie *Tachia*. 25. 133

ANTIOCHIA MÆANDRI, V.E. ſub Metropolitâ Stauropolitano, in Cariâ: apud Leonem in Diſpoſitione. Bellonius lib. 1. c. 105. 107

Antiochia Piſidiæ, *Tachia*, Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano. 109.125

Antiochia Parva, V.E. ſub M.Seleucienſi, apud Tyrium, & apud Leonem Imperatorem. 139

Antipatris vel Antipatrida, V.E. ſub M.Cæſarienſi, in Patriarchatu Ieroſolymitano, apud Tyrium & Vitriacum. 145

Antipolis vrbs Galliæ Narbonenſis Ptolemæo nota, hodie *Antibe*, V. olim E. ſub A. Ebrodunenſi: quæ poſteà Graſſam Prouinciæ vrbem, tertio inde milliari, tranſlata eſt. 199

Antverpia, ad Scaldim fl. in Brabantiâ, vrbium quas Europa, Aſia, Africa ſpectat, pulcherrima, & iure optimo vrbs vrbivm à Lipſio nuncupata, Belgis *AntWerpen*, Francis *Anuers*, emporium toto orbe celeberrimum: cui ne quid deeſſet, Epiſcopalem dignitatem Paulus IIII. anno 1559. adiecit. Vrbis originem & admiranda deſcripſit Carolus Scribanius, Bruxellenſis, Soc. Iesv Theologus. 201

Apamea ſiue Apamia, vrbs Syriæ, Straboni, Ptolemæo & aliis nota, ſedes iv. Metropolitana ſub P. Antiocheno. 136

Apamea, Metropolis ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano. 21.122

Apamea ſiue Atamea, e *Apamis*, Cæle-Syriæ vrbs primaria, ad Orontem fl. M.iv. ſub P. Antiocheno. 136

Apamia, vel plurali numero Apamiæ, *Paſmiez*, octo leucis Vaſconicis à Toloſâ, V.E. in Ducatu Fuxenſi, ſub A. Toloſano. Eſt autem Apamienſis Epiſcopatus à Bonifacio VIII. inſtitutus in monaſterio S. Antonini Canonicorum regularium

anno

anno Chriſti 1296. vt Nangius & Bernardus Guido tradunt. 200

Aphra, E. inter ſuffraganeos P. Ieroſolymitani, apud Tyrium;an rectè, viderint alij. In ms.codice Sirleti legitur eius loco, Gab. 152

Aphrodisia, vrbs quondam E.Cariæ, hodie *Apodiſia.* 107

Apia, V.E. ſub M.Laodiceno, in Phrygiâ Cappatianâ. 108

Apollonias, V. E. ſub M.Nicomedienſi in Bithyniâ: apud Leonem in Diſpoſitione. 105

Apollonias, V.E. ſub M.Sauropolitano,in Cariâ. 107

Apollonias, V. E. ſub M. Sardiano in Lidyâ.104

Apros, vrbs Thraciæ, Plinio & Iuſtino nota, in Diſpoſitione Leonis Imp. eſt Archiepiſcopatus xi. & in Diſpoſitione Andronici eſt M.lxiii. 22. 121

Aprvtivm, *Abbruzzo*, Italię prouincia:hinc Aprutinus ſeu Theramenſis E. in regno Neapolitano. 169

Apta Ivlia, *Apt*, vrbs Romani operis, in Galliâ Narbonenſi, diſtat ix. leucis ab Aquis Sextiis: hinc Apterſis E. Auſcenſi A. ſuffraganeus. 198

Aqvæ Albenses, V.E.in Mauritaniâ Sitifenſi: in Collat. Carth. & apud Vict. Vticenſem. 95

Aqvæ Avgvstæ, *Aqs*, ad Aturum ſiue Atyrum flumen,calentes quidem & ornatæ marmoribus, ſed morbis pænè inutiles, V. E. in Galliâ Narbonenſi: hinc E. Aquenſis ſub A.Auſcenſi. 197

Aqvæ Grani, vrbs Imperialis, in diœceſi Leodicenſi ſita, tumulo & reliquiis S. Caroli Magni Imp. celebris, noſtris *Aken*, Gallis, *Aix la Cha-*

pelle: barbari Aquiſgranum vocant. Ab Aquiſgranenſi Canonicorum B. Mariæ collegio adſeruatur corona, quâ Imperatores Germanici coronari ſolent. 205

Aqvæ Gradatæ, non eſt Gradus inſula, Patriarchatu olim celebris, ſed pagus ſeu vicus S. Cantiani, tertio lapide ab Aquileiâ, in orâ maritimâ. 32. 179

Aqvæ Sextiæ, *Aix en Prouence*, Colonia Romana, vrbs Galliæ Narbonenſis: hinc A. Aquenſis. 198

Aqvæ Statiellæ, *Acqui*, V.E. ſub A. Mediolanenſi. 174

Aqvæ Tarbellicæ, ſeu Tarbellorvm, *Aqs*, V.E. ſub A. Auſcenſi.

Aqvæ Tavrinæ, *Aqua pendente*, opidum Etruriæ, quod Aquiſium & Aquula dicitur, ad Pilium amnem.

Aqvila, *Aquila*, Aprutij vrbs hodie præcipua, ex ruinis Amiterni & Furconij, Frederico II. Imp. ædificata, in colle apud Aternum fluuium. Huc ſedem Epiſcopalem Furconio Alexãder IV. Papa tranſtulit. Vide Amiternvm. 169

Aqvila, V. E. ſub M. Naupactio in Ætoliâ: apud Leonem in Diſp. 112

Aqvileia, *Aquileggia*, Iſtriæ Venetiæque olim metropolis, nunc titulo Patriarchatus gaudet, & Venetis paret. Vrbis olim ampliſſimæ vix hodie aliquid reſtat præter rudera, baſilicam cathedralem, monaſteriũ virginum, & paucas aliquot caſas, quas ruſtici inhabitant. Patriarcha, qui Vtini agit, eò ſeſe cum Canonicis ad ſacra celebranda diebus ſolemnioribus conferre ſolet. 32. 179

AQVILONIA, Liuio & Ptolemæo vrbs Hirpinorum, non eſt *Agnone*, vel *Anglona*, ſed Laquedonia, vulgò *Lacedogna*, V. E. Vide LAQVEDONIA. 166

AQVINVM, *Aquino*, patria S. Thomæ, inde dicti Aquinatis, V.E. regni Neapolitani in Aprutio, Comitatus titulo inſignis. 164

ARABIA, Aſiæ regio ampliſſima, inter ſinum Arabicum & Perſicum comprehenſa: de eâ, deque ſinu Arabico, aliàs Rubro mari, vide Bellonium Obſeruationum lib. 2. cap. 58. & ſeqq. 85. 138

ARABIA PETRÆA, Aſiæ regio, Palæſtinæ finitima. Hæc eadem Procopio & Stephano eſt ARABIA VETVS & PALÆSTINA TERTIA: Tyrio autem lib. 11. cap. 16. eſt ARABIA SECVNDA; & lib. 13. cap. 3. itemque lib. 15. cap. 21. PETRACENSIS, à Petrâ eius metropoli ſic dicta. 138. 148

ARABISVS, V. E. ſub Melitenſi M. in Armeniâ ſecundâ. 106

ARACHLE, vt in ms. codice Sirleti legitur; ſiue ARACLIA, vt in libris editis, V.E. Palæſtinæ ſub A. Tyrenſi. 134

ARADVS, V.E. ſub M. Tyrenſi, in P. Antiocheno. 134

ARATHIA, V.E. ſub Cæſarienſi M. in Cappadociâ. 102

ARAVSIO, *Orange*, Plinio, Ptolemæo, Sidonio, aliiſque veteribus nota vrbs Galliæ Narbonenſis, hodie gentis eſt Naſſauiæ, Principatus titulo illuſtris, habetque Epiſcopum Arelatenſi A. ſuffraganeum, non autem Auenionenſi, vt quidam ſcribunt. 200

ARBE, *Arbe*, inſula maris Hadriatici, paret Venetis,

Digitized by Google

& habet vrbem Epiſcopalem eiuſdem nominis, ſub A. Iaderenſi. 180

ARBOREA, *Arbora*, vrbs Archiepiſcopalis Sardinię inſulæ. 173

ARCA, vrbs Phœnicię, Ptolemęo & Antonino, patria Alexandri Imperatoris, Lampridio & aliis ARCENA, Hieronymus Quęſtionibus in Geneſin plurali numero nuncupat.

ARCABRICA fuit olim ſedes E. in Hiſpaniâ ſub A. Toletano, nunc prope Quonquam tenue magnæ quondam vrbis veſtigium, *Arcas* vocatur: fuitque cum Quonquenſi Epiſcopatu ſub Hildefonſo IX. Rege, per Lucium III. olim vnitum: vt tradit Garſias Loayſa in Notis ad Conc. Lucenſe. 186

ARCADIA Peloponneſi regio mediterranea, in quâ Megalepolis, hodie *Leontari*. 110

ARCADIA, *Archadia*, vrbs Cretæ inſulæ olim ſub Græcis, vt & nunc Venetis, Epiſcopum habet. 110. 182

ARCADIOPOLIS, olim Archiepiſcopatus, poſteà Metropolis ſub Patriarchâ Conſtantinopolitano. 22. 124

ARELATE, *Arles*, Gallula Roma Auſonio, Galliæ Narbonẽſis ad Rhodanum vrbs A. ſuffraganeos habet Maſſilienſem, Tricaſtinenſem, Tolonenſem & Arauſionenſem Epiſcopos. Olim Arelatenſis E. Viennenſi A. fuit ſuffraganeus. Quando autem Arelatenſis cœperit dici Archiepiſcopus, Ioſephus Scaliger diſputat in Epiſtolis ſuis ad Carolum Labæum, quæ exſtant inter opera illius poſtuma, Lutetiæ anno 1610. edita. 200

ARETHVSA, V.E. Syriæ, ſub M. Apamienſi, Plinio aliiſ-

aliiſque veteribus nota, ſub P. Antiocheno; apud Tyrium. 137

ARETIVM, *Arezzo*, vrbs vetus Etrurię: hinc E. Aretinus in prouinciâ Romanâ. 159

ARGATHELIA, ſiue ARGADIA, Scotiæ prouincia, cuius Epiſcopus ſedem habet Liſmorę. 219

ARGENTANVM, *S. Marco*, V.E. Calabriæ citerioris, inter Temeſam (cui in Epiſcopali dignitate ſucceſſit) & Coſentiam. 170

ARGENTORATVM, Ptolemæo aliiſque veteribus notum, Germanis hodie *Strasburgum*, Italis & Hiſpanis *Argentina*, vulgò *Strasburg*, V.E. ſub A. Moguntino. Primus Argentinenſis Epiſcopus fuit S. Amandus, qui circa annum 640. relicto Epiſcopatu Traiectenſi, eò ſe contulit, ad fidem propagandam, hortante Dagoberto Magno Francorum Rege, qui & dicti Epiſcopatus Argentinenſis conditor habetur. Argentinenſium Epiſcoporum hiſtoriam egregiè deſcripſit Franciſcus Guillimannus, & Friburgi Briſgoiæ anno 1608. edidit. Cathedrale porrò Canonicorum collegium hodie Mollesheimi aut Tabernis reſidet, eò quòd Argentinenſes Lutheri ſectam ſequantur. 204

ARGOS, vrbs Peloponneſi, Ptolemæo, habuit olim Epiſcopum Corinthio M. ſuffraganeum, hinc *Argiuum* nuncupatum, qui factus eſt Metropolitanus, imperante Iſaacio Angelo. 110.124

Arhuſa, *Arhuyſen*, V.E. in Iutiâ regni Daniæ prouinciâ, ſub A. Lundenſi. Epiſcopatum inſtituit Carolus Magnus Imp. 208.221

ARIANVM, *Ariano*, V.E. ſub A. Beneuentano, Ducatus titulo gaudet. 171

ARIARATHA, V.E. ſub Melitinenſi M. in ſecundâ Armeniâ. 106

ARIASSVS, Phrygiæ in Pamphyliâ V.E. ſub M. Pergenſi, Ptolemęo aliiſque nota. Vide an eadem AARASSVS, quę Straboni vrbs eſt Piſidiæ. 110

ARICIA, *Rizza*, V. olim E. Latij, Ciceroni, Liuio, aliiſque nota: hinc Epiſcopus Aricinus, in prouinciâ Romanâ. 69

ARIMINVM, *Rimini*, Ptolemęo & Plinio notum, V.E. ditionis Pontificię, ſub A. Rauennate. 161

ARISITENSIS vicus Gallię Narbonenſis, in quibus Epiſcopum conſtitutum ſcribit Greg. Turonenſis lib. v. Hiſt. Francorum cap. 5.

ARMACHA, vrbs celebris Hibernię, *Armach*, Archiepiſcopali dignitate ornata fuit anno 1151. auctoritate Eugenij III. 229

ARMENIA, regio Aſiæ, inter Taurum & Caucaſum montes, à Cappadociâ ad Caſpium mare vſque protenſa. Armenia maior ſeu ſecunda Gerardo Mercatori hodie eſt *Turcomania*. Armenia minor ſeu prima, Colchidi vicina, Leunclauio eſt *Accoionlu*. De Armeniorum Patriarchis hodiernis vide lib. 1. cap. 17. & 18. In Armeniâ maiore, ſub Perſarum imperio, ſunt hodieque plurimi Chriſtiani, Latinum ritum in ſacris ſeruantes, de quibus vide lib. 1. cap. 20. Fuit autem Armeniæ maioris Apoſtolus *S. Gregorius* cognomento *Illuminator*, Menologio Græcorum & Martyrologio Rom. ad diem 30. Septembris adſcriptus: de quo vide lib. 1. cap. 18. & lib. 3. cap. 5. Eiuſdem S. Gregorij venerandum caput ex Oriente tranſlatum adſeruatur Neapoli in Italiâ, teſte Baronio citato loco ad Rom. Martyrologium. 45. 152

AR-

ARMENII, homines Chriſtiani,non modò per Turciam, Perſiam, ceteraſque prouincias Orientales ſparſi ſunt, ſed etiam per Ruſſiam ac Poloniam: quin imò & Epiſcopum ſuum habent ſub ditione Regis Poloniȩ; de quo lib.4. cap.19. diximus.Et nominatim Leopoli in Ruſſiâ, viciniſque in locis agunt plurimi. 41.213

AROSIA, *Aroſen*, V.E. Sueciæ ſub A. Vpſalienſi. Apud Aroſiam argenti metalla præſtantiſſima eruuntur. 222

ARSASOMATHA, V.E.ſub Amidâ,in P, Antiocheno. 141

ARSENARIA, Colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolemæo & Melæ, hodie *Arſen.*

ARSINOE, V.E. Ægypti ad ſinum Arabicum, *Suez*, hodie Petro Gyllio & Bellonio. 25

ARTESIA, *Artois*, Galliæ Belgicæ prouincia, Comitatus titulo nobilis:cuius vrbes EE.ſunt Atrebatum & Audomaropolis. Comitum Arteſiæ hiſtoriam meditatur Ferreolus Locrius. 202

ARTZESII ſiue S.Nicolai E. ſub M.Keltzenẽſi. 115

ARVERNVM, municipiũ ſiue opidum, non procul à veteri Gergouiâ, apud Sidonium Apollinarem epiſt.1. lib.11.& epiſt.5.lib.7. de vrbibus Aquitaniæ primæ. Hodie *Clermont* dicitur, iam inde à temporibus Caroli Calui, vt patet ex Lupo Ferrarienſi.Habet Epiſcopum Bituricenſi A. ſuffraganeum, qui ſe Comitem Aruerniæ nuncupare ſolet.Quâ de re videChoppinum lib.2.Pol. ſacrȩ tit. 1. & lib. 1. de Domanio Franciæ,tit.3. Eodem loco diſſerit de Aruerniȩ Ducatu,duplici Comitatu, & Delphinatu. Sidonio Apollinari eius vrbis Epiſcopo dicitur ALVERNVM. 196

Digitized by Google

S. Asaphi ſiue Asaphensis E. in VVallià Angliæ prouincià, ſub A. Cantuarienſi, vulgò *Saint Aſſe*, S. Aſaphus Epiſcopus claruit circa an. 750. 217

Ascalon, *Scalona*, vrbs maritima Palæſtinæ, Ptolemæo, cuius & mentio fit Iudicum 1. eſt inter Sedes ſuffraganeas ſub P. Ieroſolymitano, apud Tyrium. Aſcalonenſis E. poſteà dictus eſt Bethlehemitanus; teſte Vitriaco Hiſt. Orient. lib. 1. cap. 40. & 57. 151

Asculum, nonnullis Esculum, *Aſcoli*, V. E. Picenorum, in Prouincià Romanà. 159

Asculum, *Aſcoli*, in Apulià Daunià apud Apennini montis radices, inter Neapolim & Barium, ad alterius diſcrimen, Satrianum à veteribus dictum, hodie Principatus aut Ducatus titulo illuſtre, habet Epiſcopum A. Beneuentano ſuffraganeum. 170

Asia, veteribus tertia pars Orbis terrarum, quam hodie partim Moſcouitæ, partim Tartari, partim Turcæ, partim Perſæ, partim Luſitani in Indiis, aliique populi obtinent. De Aſiæ Epiſcopatibus P. Conſtantinopolitano olim ſubditis, vide ſuprà lib. 3. capp. 1. & ſeqq.

Asia Minor, hodie *Natolia* ſiue *Anatolia* dicitur, ex alterà parte Helleſponti. à voce Græcà Ἀνατολὴ, quæ Orientem ſignificat. Vulgò eæ regiones Aſiæ, quibus Turca nunc dominatur, *Anatolia* nomine nuncupantur: teſte Bellonio Obſeruat. lib. 1. cap. 68.

Asidonia, ſiue Assido iuxta Plinium, hodie *Medina Sidonia*, V. olim E. ſub A. Hiſpalenſi, nunc Epiſcopo caret. De Aſſidoniæ Ducibus vide Marianam lib. 14. cap. 15.

Aspen-

Digitized by Google

Aspendvs, Pamphiliæ V.E. ſub M. Sidenſi, Liuio, Stephano & Ptolomæo nota.

Asloia ſiue Ansloa, *Aſloy*, V. E. Noruegiæ ſub A. Nidroſienſi. 221

Asponensis E. ſub M. Ancyrano in Galatiâ, qui poſteà inter Metropolitanos eſt relatus; vt legitur in Scholiis ad Diſpoſitionem Leonis Imp. 103

Assisivm, patria S. Franciſci, Ordinis Minorum fundatoris, *Aſiſi*, V. E. Vmbriæ, in ditione ac prouinciâ Romanâ. 159

Assvr. Vide Mvsal.

Assyria, regio maioris Aſiæ, Assyrii Chaldæi Orientales ſunt hodie inter Neſtorianos orthodoxi, agnoſcuntque Rom. Pontificem: de quibus vide lib. 1. cap. 16.

Asta. Vide Hasta Pompeia.

Astigi vel Astigis, vrbs olim clariſſima, quæ hodie *Eceia* dicitur, quondam Epiſcopum habuit Hiſpalenſi A. ſuffraganeum; nunc caret Epiſcopo. 607

Astracan, ſiue vt Ioannes Perſa vult ſcribi, Astarcan, vrbs ditionis Moſcouiticæ, haut procul à mari Caſpio, deſcribitur ab eodem Ioanne Perſâ lib. 3. cap. 1.

Astvrica, *Aſtorga*, V. E. Hiſpaniæ, olim ſub A. Bracarenſi, hodie ſub Compoſtellano. 188

Atella, *Atella*, V.E. Campaniæ, cuius ſedes vnita eſt cum Aduerſanâ. 163

Aternvm, V. olim E. Pelignorum, quæ hodie iacet; Piſcariâ, vulgò *Peſcara*, opidulo ex eius ruinis conſtructo, & ſede Epiſcopali Hadriam tranſlata.

Athenæ, *Sethines*, vrbs olim Græciæ clariſſima, & M. ſub

M.ſub.P.Conſtantinopolitano. 110
Athos mons Græcè, *Monte Sancto* Italicè, in Macedoniâ, quem quinque aut ſex Caloierorum, id eſt, Græcorum ord. S. Baſilij monachorum millia, hinc inde ſparſim in viginti tribus aut viginti quattuor monaſteriis habitantia incolunt: de quo fusè Bellonius lib. 1. Obſeruationum c. 25. & ſequentibus. Caloieri iſti non modò Græcis, ſed & Turcis ipſis in magnâ ſunt veneratione.
Atina (vnde Atinates Ciceroni) hodie *Atino*, iniuriâ quidem temporum Epiſcopalem dignitatem amiſit, ſed nullius tamen hodie diœceſis cenſetur, eiuſque Præpoſitus Epiſcopalem habet iuriſdictionem. Conſtructa eſt loco edito, apud Apennini montis radices, & numeratur hodie inter vrbes Aprutij.
Atrebates, Galliæ Belgicæ populi, Iulio Cæſari, aliiſque veteribus noti, quorum vrbs Atrebatvm, *Arras*, habet Epiſcopum olim Remenſi, nunc Cameracenſi A.ſuffraganeum. Chronicon ſiue hiſtoria Epiſcoporum Atrebatenſium & Cameracenſium, circa an. Chriſti 1040 ſcripta, breui, vt ſpero, publicabitur per Georgium Coluenerium, Doctorem Theologum Duacenſem. Intra muros vrbis Atrebatenſis, in Vedaſtinâ Benedictinorum Abbatiâ quieſcit *S. Vedaſtus* Epiſcopus Atrebatenſis & Cameracenſis (multis enim ſæculis duæ iſtæ Sedes Epiſcopales vnitæ fuerunt) idemque Clodouei primi Francorum Regis Chriſtiani Catechiſta. In eâdem vrbe hodieq; adſeruatur Manna ſiue Lana circa annum Chriſti 370. cælo lapſa, vt Hieronymus in Chronico nũcupat. Quâ de re exſtat libellus Nic. Gazæi,

zæi, linguâ Gallicâ editus. Ibidem adſeruatur & Cereus miraculoſus, qui etſi ſæpiùs accendatur, nullâ tamen ſui parte minuitur. De quo vide Sigeberti Chronicon à nobis editum, ad annum 1129. 202

Atria. Vide Hadria.

Attalia, vrbs olim Epiſcopalis ſub Sylæano ſiue Pergenſi M. in ſecundâ Pamphyliâ, facta eſt Metropolis temporibus Alexij Comneni Imp. & Euſtathij Patriarchę CP. vt legitur in ſcholiis ad Diſpoſitionem Leonis Imperatoris. 22.123

Atvaticvm, Ioſepho Scaligero, in Notitiâ Galliç, eſt vrbs Tungrorum, olim E.V. quę hodie *Tongeren* dicitur: & Atvatici Cæſaris, eidem ſunt Tungrenſes, non autem Antuerpienſes; quod Ioannes Goropius Becanus perſuadere conatus fuit. Vide Tvngri.

Atvrensivm vel Atyrensivm ciuitas E. ſub A. Auſcenſi, à flumine Aturo vel Atyro ſic dicta. Vide Lectiones Auſonianas Ioſ. Scaligeri. 197

Avaricvm Bitvrigvm, *Bourges*, V. hodie A. in Galliâ. Vide Bitvriges.

Avca ſiue Oca nunc non extat, vtpote in vaſtatione Hiſpaniæ à Mauris diruta. Sedem olim habuit Epiſcopalem, Tarraconenſi A. ſuffraganeam, quæ ad vrbem *Gamonal* an. 1074. eſt tranſlata: atque inde *Burgos* an. 1075. teſte Garſiâ Loayſâ in Notis ad Concil. Lucenſe.

Avdomaropolis, *Sainct Omer*, vrbs Artеſiæ in Galliâ Belgicâ, habet Epiſcopum Cameracenſi A. ſuffraganeum, auctoritate Pauli IV. an. 1559. Intra muros vrbis viſitur illuſtris Abbatia S. Bertini, monachorum Benedictinorum, qui obiit

anno

anno 698. Ceterùm S. Audomarus fuit Epiſcopus Morinenſis ſeu Teruanenſis, & obiit anno 695. 202

Avella, Silio Italico, Avellanvm Sergio, V. olim E. Campaniæ, à quâ Nuces Auellanæ nomen habent, iuxta Macrobium. De eâ libros iii. ſcripſit Ambroſius Leo.

Avellinvm, Hirpinorum in Aprutio opidum Ptolemęo, quod Plinio Abellinvm, hodie *Auellino*, V. E. ſub A. Beneuentano. 171

Avenio, *Auignon*, Cauarum vrbs, Melę, ad Rhodanum fl. in Galliâ, eſt Romani Pontificis. Olim Epiſcopum habuit Arelatenſi A. ſuffraganeum: hodie gaudet dignitate Archiepiſcopali. 201

Aventicvm, *Auanches*, vrbs olim Epiſcopalis, apud Heluetios, ſub A. Veſuntionenſi.

Aversa. Vide Adversa.

Avgvsta Dia Vocontiorvm, *Die*, V. E. Gallię ſub A. Viennenſi. Aliis dicitur Dea, non Dia, & ciuitas Deensivm: vt notat Ioſ. Scaliger in Notitiâ Gallię. 199

Avgvsta Avscorvm vel Avsciorvm, *Auch*, V. A. Galliæ: hinc Auſcenſis ſiue Auſcorum Archiepiſcopus, qui ineptè Auxitanus à vulgò dicitur. 197

Avgvsta Emerita, vrbs olim A. Hiſpanię. Vide Emerita.

Avgvsta Prætoria, Ptolemęo nota, Germanis *Augſt*, Italis *Oſta* ſiue *Aoſta*, V. E. ſub A. Tarantaſienſi, in Principatu Pedemontano. 175

Avgvsta Ravricorvm ſiue Ravracorvm, olim Gallię vrbs, hodie non niſi vicus ſeu pagus apud Baſileam, vulgò *Augt* dictus.

Avgv-

AVGVSTA TAVRINORVM, hodie *Turino*, in regione Pedemontanâ. Vide TAVRINVM.

AVGVSTA TIBERII, hodie *Regensburg*, vt Auentinus ſcribit, vrbs Germaniæ ad Danubium fluuiũ, vulgò RATISPONA, habet Epiſcopum Saliſburgenſi A. ſuffraganeum. 207

AVGVSTA TREVERORVM, *Trier*, V.A. ad Moſellam: de cuius origine ac ſtatu ſcripſit Guilielmus Kiriander, ſed cautè legendus. De antiquitatibus præſertim eccleſiaſticis Treuerorum ſcripſit & Chriſtophorus Brouuerus, Soc. IESV preſbyter, qui commentarios ſuos breui, vt ſpero, publicabit. 205

AVGVSTA VEROMANDVORVM, vrbs olim E. ſub A. Remenſi, hodie *Vermand Abbay*: nam eo ipſo loco, quo vrbs olim ſtetit, hodie viſitur inſigne monaſterium, Abbatiali titulo condecoratum, inter Quinctinopolim & Peronam. Ioſ. Scaligero eſt ipſa Quinctinopolis, ***La ville de Sainct Quentin en Vermandois.***

AVGVSTA VINDELICORVM, quæ & RHÆTORVM, *Augsburg*, Germaniæ vrbs Ptolemæo, habet E. Moguntino A. ſuffraganeum. Rerum Auguſtanarum commentarios, itemque de Sanctis Auguſtanis cùm Epiſcopis tum aliis eleganter ſcripſit Marcus Velſerus Duum-vir Auguſtanus. Exſtat & Sigiſmundi monachi Auguſtanum Chronicon Eccleſiaſticum Francofurti an. 1607. per Ioannem Piſtorium cum magno Chronico Belgico publicatum: item Henrici Maiſachi, Abbatis S. Afræ, Chronica de Auguſtanis Epiſcopis & Abbatibus. 204

AVGVSTODVNVM, *Auſtun*, Eduorum caput Tacito,

cito, V.E. in Ducatu Burgundiæ: hinc E. Eduenſis ſiue Auguſtodunenſis, Lugdunenſi A. ſuffraganeus. 193

Avgvstopolis, V.E. ſub III. Sede Metrop. Rabenſi ſeu Petracenſi, in P. Ieroſolymitano, apud Tyrium.

Avia, *Abie*, V. olim E. in Aprutio, apud Aquilam, à Longobardis exciſa.

Avicivm aliis Anicivm, vulgò nunc Podivm, *Le Puy*, V. E. Galliæ, à colle Auicio ſic dicta: inde Auicienſis ſiue Podienſis E. ſub A. Bituricenſi. Maſſonus dicit legendum Auicium, non Anicium. 196

Avila, *Auila*, vrbs Hiſpaniæ, veteribus Avela, hodie Abvla, Epiſcopum habet, olim Emeritenſi, nunc Compoſtellano A. ſuffraganeum. Vide Abvla. 187

Avle, V.E. ſub Damaſco, in P. Antiocheno, apud Tyrium. 140

Avlon ſiue Avlona, hodie *Valona*, ad mare Hadriaticum, quam Turcę Venetis ſuperiori ſæculo eripuerunt, portum habet & arcem ſatis firmam. Apud Leonem Imp. in Diſpoſitione fit mentio Avlonis ſub M. Athenſenſi, & Aulonęæ ſub M. Dyrrachino. 110.113

Avlopotamvs, V.E. Cretæ inſ. ſub A. Cretenſi, apud Leonem in Diſpoſitione. Gaudet ea hodieque iſtâ dignitate, ſub dominio Venetorum: vt ex Alexandri Turriani, Epiſcopi Sittiæ & Hierapetræ, litteris accepimus.

Avrelianorvm ciuitas, hodie Avrelianvm, ad Ligerim fl. *Orleans*, V. E. Galliæ ſub A. Senonenſi. Epiſcoporum eius vrbis hiſtoriam ſcripſit N. De-

N. Decanus Aurelianenſis, nobis in Galliâ notus. Aurelianum portò veteribus fuit GENABVM AVRELIANORVM; vt in Notitiâ Galliæ tradit Ioſ. Scaliger. 194

AVRELIOPOLITANVS ſiue PERICOMENSIS E. in Diſp. apud Leonem.

AVRIA, Callæcorum opidum in Hiſpaniâ, hodie *Orenſe*, ad Minium fl. Inde E. Aurienſis, qui olim M. Bracarenſem, nunc Compoſtellanum agnoſcit. 188

AVRIENSIS E. in Mauritaniâ, apud Gomezium lib. 5. vitæ Ximenij.

AVSCI, Aquitanorum clariſſimi populi, apud Melam. Vide AVGVSTA AVSCORVM.

AVSONA, apud Ptolemęum AVSA, hodie *Vich*. Hinc Auſetanus & Auſonenſis E. in ſubſcriptionibus veterum Hiſpaniæ Conciliorum, vt olim, ſic & hodie A. Tarraconenſi ſuffraganeus. 189

AVSTRIA, *Ooſtenrijck*, *Auſtrice*, Germaniæ regio ad Danubium, habuit primùm Marchiones, poſteà Duces, demum Archiduces; quibus hodieque paret. Sunt in eâ vrbes Epiſcopales duæ, *Vienna* caput prouinciæ, & *Noua Ciuitas*: Auſtriacam hiſtoriam libris 4. VVolfangus Lazius comprehendit. De antiquâ & verâ origine gentis Auſtriæ ſiue Habſpurgicæ libros 7. anno 1605. publicauit Franciſcus Guillimannus, Hiſtoriarum Profeſſor Friburgi Briſgoiæ. Exſtant & Annales Auſtriæ per Gerardum de Roo, Oeniponti an. 1600. publicati. 207

AVTISIODORVM, vt veteres ſcribunt, vulgò ALTISIODORVM, *Auxerre*, AVTRICVM ad Icaunam Ptolemæo, V.E. ſub A. Senonenſi in Galliâ. Res

geſtæ Epiſcoporum leguntur apud Robertum cœnobitam Altiſiodorenſem in Chronico Altiſiodorenſi per Nic. Camuzæum Trecis an. 1609. publicato. 194

AVXIMVM ſiue AVXVMVM, *Oſmo*, Piceni vrbs E. in Italiâ, à quo Auxumates populi apud Strabonem. 160

AVXITANVS E. Vide AVSCII.

AZOTE IPPINI, V. E. ſub M. Cæſarienſi in P. Antiocheno: apud Tyrium. 145

AZOTE PARALIÆ, V. E. ſub eodem. 145.

B.

BABYLON, ad fl. Gobar, in quâ regnauit Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ, & fuit turris Babel. 132

BABYLON, vrbs Meſopotamiæ, veterum Aſſyriȩ Regum ſedes: cuius ruinæ ad Euphratem adhuc monſtrantur: habuitque ea olim Catholicum ſeu Primatem P. Antiocheno ſubiectum. Vide BAGADAD. 132. 144

BABYLON, in Ægypto, eſt vetus vrbs Cairi, paullò ſupra Cairum nouum, quod hodie floret ad Nilum fluuiũ Viſuntur illic multorum ȩdificiorum olim ſplendidorum rudera: eſtque nunc exiguus pagus, quẽ Chriſtiani Armeni & Græci incolunt, teſte Bellonio l. 2. c. 38. Cum Bellonio Iacobus Vitriac. conſentit, qui lib. 3. Hiſt. Ieroſolymitanæ tradit Babylonem cum Cairo in vnum corpus conflatãm fuiſſe. Quarto milliari à Cairo, vltra Nilum, loco deſerto, hodieque viſuntur Pyramides illæ Ægyptiæ, veteribus adeò decantatæ: quas idem Bellonius deſcribit lib. 2. Obſeruat. cap. 42. & libro De admirabili operum antiquorum

rum & rerum ſuſpiciendarum præſtantiâ. 131
BACCHENSIS E. in Tranſſiluaniâ. 211
BACCOVIA, *Backouia*, vrbs Valachiæ, cui Clemens VIII. Papa Epiſcopum dedit. 214
BAGADAD, vrbs Meſopotamiæ, mercatu celebris, circa an. 763. exſtructa, ad Tigrim fl. (qui hodie *Digilah* ab incolis dicitur) ſita, Baſſæ Turcici ſedes, habet viginti ampliùs domorum millia. Incolunt eam Arabes, Turcæ, Perſæ, Neſtoriani, Armeni, & Iudæi. Bagadadenſes tres ferè linguas in vſu habent; Turcicam, Arabicam, & Perſicam. Errant autem qui Bagadad cum Babylone ſeu Babyloniâ confundunt, quæ diei vnius itinere inde diſtat. Nam Bagadad ad Tigrim, Babylon autem ad Euphratem (qui *Phorat* nunc appellatur) ſita fuit, cuius hodie pauca vix rudera ſuperſunt. Ita Petrus Texera Luſitanus, nobis Antuerpiæ amicus, in ſuo Itinerario Orientali, Antuerpiæ an. 1610. edito. Peragrauit is Meſopotamiam totumque Orientem an. 1604.
BAHIA OMNIVM SANCTORVM, vulgò *Baïa de todos Sanctos*, V. E. in Braſiliâ, quæ pro Metropolitano agnoſcit A. Oliſiponenſem in Luſitaniâ. 192
BAIOCASSES, Cæſari & Auſonio noti, nunc BAIOCA, *Bayeux*, V. E. ſub A. Rotomagenſi in Normanniâ. 193
BAIÆ, V. olim E. Campaniæ, Latinis Græciſque notiſſimę, quæ Hannibalis robur fregerunt. Veſtigia ſuperſunt, ingentium ſcilicet operum fundamenta pelago demerſa, cum plateis ſilicatis.
BAIONA, *Baionne*, ad Aturum ſiue Atyrum fl. V. E. ſub A. Auſcenſi, in ditione & finibus regni Galliæ verſus Hiſpaniam. 197

Balbec, vrbs Phœniciæ, ad radices montis Libani ſita, olim Cæsarea nuncupata, deſcribitur à Bellonio lib. 2. Obſeruat. cap. 95.

Baleares inſulæ, hodie Maiorica & Minorica, *Maiorca* & *Minorca*, Mauris anno 1229. ereptæ, Regi Catholico parent. In Maioricâ eſt vrbs eiuſdem nominis, cui datus eſt Epiſcopus iiſdem temporibus. Fuit ea Raimundi Lulli patria, qui à Mauris in Africâ an. 1301. ob religionem cæſus, atque in vrbem patriam relatus, magnam à populis habet veneratione͂. In Academiâ Maioricenſi, itemq; Barcinonenſi libri eiuſde͂ Lulli hodieque explicantur. Marianam Rerum Hiſp. lib. 15. cap. 4. & lib. 12. c. 14. conſule. 190

Bamberga, *Bamberg*, Germaniæ V. E. à iuriſdictione Archiepiſcopali exempta: cuius vrbis Epiſcopus pallio Archiepiſcopali in ſacris vtitur, vt in Italiâ Oſtienſis, Lucenſis, & Ticinenſis, & in Galliâ Dolenſis, ex priuilegio à Rom. Pontificibus conceſſo. Bambergenſem Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Henricus II. Imperator: vt Ioannes Cygneus in ſuo Annalium Bambergenſium Prodromo, typis Moguntiæ publicato, tradit. 61. 204

Bangora, *Bangor*, V. E. Angliæ ſub A. Cantuarienſi. 217

Barbastrvm, *Barbaſtro*, vrbs Hiſpaniæ, Mauris circa annum 1102. erepta eſt. Pontius Rotenſis Epiſcopus à Romano Pontifice id temporis impetrauit, vt Barbaſtri Epiſcopus deinceps nominaretur & eſſet. Mariana lib. 10. cap. 7. Barbaſtrenſis porrò Epiſcopus hodie ſuffraganeus eſt A. Cæſarauguſtano, vt ex Vrbe accepimus. 189

Bar-

BARCINO, apud Plinium, vulgò *Barcelona*, Cataloniæ caput, ad mare Mediterraneum, Epiſcopum habet Tarraconenſi A. vt olim, ſic & nunc ſuffraganeum. 190

BARDARIOTARVM ſiue TVRCORVM E. ſub M. Theſſalonicenſi, apud Leonem Imp. in Diſpoſitione. 106

BARIVM, *Bari*, V. A. Apuliæ, in orâ maris Ionij ſita, templum habet auguſtum S. Nicolai MyrenſisEpiſcopi reliquiis cultuque celeberrimum. Barienſi ſeu Barenſi A. parent Epiſcopi *Bituntinus*, *Melphitenſis*, *Iuuenacenſis*, *Rubenſis*, *Conuerſanus*, *Mineruienſis*, *Polignianenſis*, *Lauellinenſis*, *Bitectenſis & Catharenſis* in Dalmatiâ; vt ex monumentis illius Eccleſiæ ad Vrbem miſſis accepimus. Auguſtinus Proſper in Notis ad Stephani Quarantæ Bullarium omittit E. Catharenſem: quod miror.

BASILEA, Heluetiorum nobilis vrbs ad Rhenum ſita, Germanis *Baſel*, Gallis *Baſle*, ex Auguſtæ Rauricorum ruinis conſtructa. Cuius Epiſcopus ab hæreticis loco pulſus domicilium nunc habet Friburgi Briſgoiæ, cum Collegio cathedrali Canonicorum, eſtq; ſuffraganeus A. Veſontionenſi. De Baſileâ iam olim ſcripſit Æneas Siluius. 209

BASILEVM M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21

BASORA, vrbs mercatu celebris, haud procul à Sinu Perſico, ſecundo lapide à Tigri & Euphrate fluminibus ſita, Baſſæ Turcici ſedes, habet decem circiter millia domorum, & deſcribitur à Petro Texerâ, in Itinerario Orientali, Antuerpiæ anno 1610. per Verduſſium Hiſpanicè edito. Incolæ partim ſunt Arabes, partim Turcæ.

BELGÆ, omnium Gallorum fortiſſimi Iulio Cæſari & aliis vetuſtis ſcriptoribus . De Belgio veteri, quale fuit ſub Romanis, ſcripſit Pet Diuæus; item quale fuerit ſub Francis; qui liber poſterior ms. apud me exſtat, typis nondum editus. Vide GERMANIA INFERIOR. 201

BELLA, V.E. in Sanctionibus Impp. Orientalium.

BELLE, V.E. ſub M.Scythopoli, in P.Ieroſolymitano: apud Tyrium. 146

BELLICIVM ſiue BELLICA, *Bellay en Breſſe*, V.E. ſub A. Veſontionenſi, quę olim Duci Sabaudię, nunc paret Regi Gallię, ex quo fœdus inter Henricum IV. Galliæ Regem & Carolum Emmanuelem Ducem Sabaudiæ eſt ſancitum. Habet templum Epiſcopale D. Ioanni Baptiſtæ dicatum, conditumque à Rodulfo Ignauo Rege Burgundiæ. 209

BELLOCASSI, apud Cæſarem malè pro BAIOCASSI, qui & BAIOCASSES, *Bayeux*: vt notat Scaliger in Notitiâ Galliæ. 193

BELLOCASTRVM, *Belcaſtro*, V.E. ſub Archiepiſcopo S.Seuerinæ, in Neapolitano regno. 170

BELLOVACI, & BELOVACI, Cæſari aliiſque noti: nunc BELLOVACVM, olim CÆSAROMAGVS BELLOVACORVM, *Beauuais*, ad Tharam amnem, V.E. ſub A. Remenſi. Epiſcopus gaudet titulo Comitis, & Paris Franciæ. 195

BELLVNVM ſiue BELVNVM, Ptolemęo & Plinio, ditionis Venetæ V.E. ſub Patriarchâ Aquileienſi, vulgò *Ciuidad de Belun*. 179

BENDENSIS, E. *Benda*, ſub A. Dyrrachino. 184

BENEVENTVM, *Beneuẽto*, olim MALIVENTVM, vt ſcribit Plinius lib. 3. V.A. in regni Neapolitani quaſi

vmbilico ſitum, ampliſſimi quondam Ducatus ſub Longobardis caput. 170

Berenice, *Vernich*, V olim E. Cyrenes.

Berga ſiue Bergæ, *Bergen*, V. E. & emporium Noruegiæ, ſub A. Nidroſienſi. Plinius lib. 4. cap. 16. vocat *Bergos*, plurali numero, & falsò inſulam eſſe putat: *Sunt qui & alias inſulas prodant, Scamniam, Dumnam, Bergos, maximamque omnium Nerigon, ex quâ in Thulen nauigetur.* 221

Bergomvm, *Bergamo*, ditionis Venetæ V. E. ſub A. Mediolanenſi. Hinc Bergomates apud Plinium. 173

Berroea, ſiue Berrhoea, V.E. ſub P. Antiocheno, quæ hodie dicitur *Halep*, vt in mss. ſuis Relationibus tradit Leonardus Abel Epiſcopus Sidonienſis, itemque Petrus Gyllius, & Bellonius lib. 2. Obſeruationum cap. 102. 137

Berroea, vrbs vetus Macedoniæ, à quâ nomen accepit Berrœa Phœniciæ. Nam Seleucus, Nicanor primus Rex Syriæ & Babylonis Antiochiam à patre ſuo, Seleuciam à ſe, Apamiam ab vxore ſuâ, Laodiceam à matre, Edeſſam, Berrœam, & Pellam ab vrbibus Macedoniæ nomen accipere voluit; vt Ioſ. Scaliger tradit in Notis ad Euſebij Chronicon. Is ibidem docet duas Berrœas fuiſſe, alteram quam *Chalep* hodie Arabes vocant, alteram quæ alio nomine Berytus, hodie *Barut* nuncupatur. Notum porrò tria tantùm gymnaſia ſtudiorum in orbe olim Romano fuiſſe, Romam, Conſtantinopolim, & Berytum ſiue Berrœam. 137

S. Bertrandi opidum. Vide Convenæ.

Bery-

BERYTVS, Phœniciæ vrbs, Metropolis autocephala, ſeu per ſe ſubſiſtens, ſub P. Antiocheno, apud Tyrium & in ms. cod. Sirleti, Leonardo Abeli *Berut*, Scaligero *Barut*. Conſule Vitriacum lib. 1. cap. 26. & 55. 137

BESBICVS, hodie *Calomino*, inſula Propontidis, teſte Bellonio lib. 1. Obſer. cap. 71.

BESIDIA, apud Leonem in Diſp. BISVNIANVM, hodie BISINIANVM, *Biſignano*, vrbs vetus Calabriæ citerioris, in regno Neapolitano, Principatus titulo illuſtris, habet Epiſcopum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum. Huius diœceſis vicos quoſdam incolunt Albani, ſeu Albanenſes, ritu Græco diuina officia celebrantes. 170

BETHLEHEM, Syriæ opidum ſede Epiſcopali donatum eſt an. 1110. auctoritate Paſchalis II. Papæ, per Legatum ſuum id agentis. Ita Baronius ex Tyrio lib. 11. cap. 12. Fuit autem Epiſcopus Bethlehemitanus Patriarchę Ieroſolymitano propriè ſuffraganeus, vt tradit Vitriacus Hiſt. Orient. lib. 1. cap. 56. Eſt autem Bethlehem exiguus nunc pagus, nihilque elegans continet, præter amplum monaſterium à S. Helenâ exſtructum, quod nunc eſt Franciſcanorum: teſte Bellonio lib. 2. Obſeruationum cap. 87. Eſt & in Galliâ BETHLEHEMITANVS Epiſcopus, prope Clametium opidulum, in diſtrictu Altiſiodorẽſi. Quiſquis enim Prę fectus eſt pio illic hoſpitali diuerſorio, à Niuernenſibus Regulis exſtructo, idem & Epiſcopus nuncupatur: vt tradit Choppinus Politiæ ſacræ lib. 2. tit. 4. §. 20. Solet is quoque, vt reliqui in Galliâ Epiſcopi, à Romano Pontifice confirmari. 155

BETTONIVM, *Bettona*, V olim E. (vt ciues illius glorientur) Vmbriæ, quaſi media inter Aſſiſium & Peruſiam.

BIBLVS, Vitriaco BIBLIVM, V. E. ſub M. Tyrenſi, in P. Antiocheno.

BIGASTRVM, V. olim E. ſub A. Toletano, hodie non habet Epiſcopum, neque locum certum: vt tradit Garſ. Loaiſa. Nonnullis eſt *Bilueſtre*, opidum in finibus Portugalliæ.

BIGERRONES populi: Bigerronum ciuitas hodie TARBA, *Tarbe de Bigorre* V.E. ſub A. Auſcenſi, in regno Galliæ. 197

BILBILIS, patria Martialis poëtæ feſtiuiſſimi, ex cuius ruinis creuit *Calatajud*, vrbs Aragoniæ, Turiaſonenſi E. ſubdita, dimidiâ leucâ diſtans à ruderibus Bilbilitanis, quæ in monte *Baubula* incolis nuncupato hodieque ſpectantur.

BILETVM, *Bileto*, V.E. in Apuliâ Peucetiâ, iuxta Paulum Merulam in Coſmographiâ.

BIRTHE, Ptolemæo nota, V.E. ſub Edeſſâ, in P. Antiocheno. 88.136

BISIGNANVM ſeu BISINIANVM. Vide BESIDIA.

BISVNTIVM, Iul. Cæſari VESONTIO, *Bezançon* V. A. in meditullio Comitatus Burgundiæ ſita. Amm. Marcellinus lib. 15. *Apud Sequanos Biſuntios vidimus*. Solet autem Biſuntium quaternis olim nūdinis annuis ſeu feriis (vt vocant) eſſe celebre: vnde & Cambium Biſuntinum ſeu Siccum, apud mercatores & Scriptores Caſuum conſcientię nomen habet. Quæ quidem nundinæ ſeu feriæ inde Placentiam Italiæ vrbem ſunt tranſlatæ, pro commoditate Genuenſium mercatorum,

torum, qui ad illas potiſſimùm confluere ſolent. 209

BITECTVM, *Bitetti*, V.E. regni Neapolitani, A. Barenſi ſuffraganea, cuius diœceſis non excedit muros vrbis: vt ex Vrbe accepimus. 167

BITERÆ SEPTIMANORVM, Ptolemæo notæ, ſeu BITERRÆ, *Beziers*, V.E. regni Galliæ, ſub A. Narbonenſi. 197

BITHYNIA, Aſię prouincia, quæ hodie *Burſia* vel *Berſangial* vocatur. 105

BITVNTVM, *Bitonto*, vrbs Epiſcopatus & Marchionatus dignitate clara, ſub A. Barenſi in Apuliâ Peucetiâ. 167

BITVRIGES duplices ſunt, cognomentis diſtincti. BITVRIGES CVBI, quorum metropolis AVARICVM in primâ Aquitaniâ, *Bourges*. BITVRIGES VIBISCI aut VIVISCI, quorum metropolis BVRDIGALA, in ſecundâ Aquitaniâ. Vtraque ciuitas libera ſub Romanis: vt Ioſ. Scaliger in Notitiâ Galliæ obſeruauit. 196

BITVRIX, Gallię vrbs Greg. Turonenſi, doctis AVARICVM BITVRIGVM vel BITVRIGÆ, arũ, *Bourges*, V. A. & Academia. Bituricenſi A. qui & Patriarchã in publicis priuatiſque litteris ſe nuncupat, ſubſunt hodie Claromontenſis, Rutenenſis, Albiẽſis, Cadurcenſis, Lemouicenſis, Mimatẽſis, Auicienſis, Caſtrenſis, Vabrincenſis, Tutelenſis & Floropolitanus Epiſcopatus: ex quibus ſex priores ſunt antiqui, reliqui verò quatuor à Ioanne XXII. Papâ ſunt inſtituti. Bituricenſium Antiſtitum hiſtoriam Ioannes Chenu Iureconſultus Pariſiis an. 1603. edidit. Bituricenſem A. olim Aquitaniæ Primatem fuiſſe teſtatur Otho Fri-

. Friſingenſis Chron. lib. 6. c. 3. *Tribus his Galliis tres Primates praeſſe volunt, Belgicæ Treuerenſem, Aquitaniæ Bituricenſem, tertiæ Lugdunenſem.* 196

BITVRGIA, Ptolemæo vrbs Tuſciæ mediterranea, quæ aliquibus hodie eſt *Burgum S. Sepulcri* (vt tradit Leander) V.E. ſub A. Florentino. 176

BIZACIVM, V.E. Africæ. 95

BIZYA eſt Archiepiſcopatus 1. apud Leonem in Diſpoſitione. Stephanus ponit in Thraciæ mediterraneis.

BOBIVM, *Bobi*, V. E. Lombardiæ, in Ducatu quidem Mediolanenſi ſita, ſed A. Genuenſi ſuffraganea. Eſt in eâ illuſtre cœnobium monachorum ord. S. Benedicti, à S. Columbano Abbate conſtructum. 177

BOHEMIA, *Bemerlandt*, regio Germaniæ, cuius metropolis eſt Praga, V.A. Regum atque Imperatorum hodie Romanorum ſedes. Bohemię hiſtoriam ſcripſit Ioannes Dubrauius. 209

BOIANVM. Vide BOVIANVM.

BOIENSIS Epiſcopus idem eſt & Sarſinenſis, ſub A. Rauennate: vt tradit Philip. Ferrarius in ſuâ Topographiâ Martyrologij Romani. 161

BONONIA, *Bologna*, V. E. Italię antiqua, olim Rauennatem A. agnoſcebat: ſed Gregorius XIII. patriâ Bononienſis, eam Archiepiſcopali honore auxit an. 1583. illique ſuffraganeas eſſe voluit Parmenſem, Placentinam, Rhegienſem, Mutinenſem, Cremenſem, Imolenſem & Ceruienſem Eccleſias. Opponentibus autem ſe Rauennatibus, Paulus V. Imolenſem & Ceruienſem Eccleſias A. Rauennati reſtituit; Bononienſi verò

attri-

attribuit Parmam, Placentiam, Rhegium, Mutinam, Cremam, & Burgum S. Domnini: vt ex Actis publicis Romanę Curię accepimus. De Epiſcopis Bononienſibus libros v. ſcripſit Carolus Sigonius. 162

Bononia, *Beloigne*, vrbs Galliæ maritima, Amm. Marcellino nota, haud longè à Caleto ſita, ante vaſtationem Normannicam proprium habuit Epiſcopum: vt didici ex Hincmari Remenſis Archiepiſcopi libro aduerſus Hincmarum Laudunenſem ſcripto, quem typis nondum editum Pariſiis legi apud V.CL. Nic. Fabrum, qui Ludouico XIII. Regi Chriſtianiſſimo à ſtudiis fuit. Multis tamen poſteà ſæculis caruit ſede Epiſcopali, nimirum ad annum vſque Chriſti 1553. quo Teruana Morinorum eſt exciſa, & cathedra ac prædia Epiſcopatus Teruanenſis Bononiam pro parte ſunt tranſlata. 195

Borbonivm, *Bourbon*, Aquitanæ prouincia, à quâ nomen traxit familia regia Borboniorum, quę hodie regnum Galliæ obtinet.

Borvssia. Vide Prvssia.

Bosa, *Boſſa, Boſi*, V.E. ſub A. Turritano, in Sardiniâ. 175

Bosna, *Boßina*, *Bozna*, V. E. ſub A. Colocenſi, in Dalmatiâ vel Sclauoniâ, detinetur à Turcis. Tamen quia in tractu Boſnenſi multi adhuc ſunt Chriſtiani, eſt hodieque E. Boſnenſis à S. Pontifice conſtitutus: vt ex Vrbe accepimus. 210

Bostra, id eſt, *Buſſereth*, ſedes vi. Metropolitana in Arabiâ maiore, ſub P. Antiocheno, apud Tyrium, & in cod. ms. Sirleti, Bostra Arabiæ vrbs Stephano, & in libro Notitiarum Colonia Bo-

STRA eſt in antiquo lapide. Vitriaco eſt BOSTRVM, & deſcribitur ab eodem lib. 1. cap. 47. itemque ab Adrichomio fol. 80. 138

BOSTRA, in ms. cod. Sirleti eſt ſedes IV. Metropolitana ſub P. Ieroſolymitano, quæ Tyrio dicitur BERYTVS lib. 14. cap. 12. & ibidem paullò infrà BECERRA ARABIÆ, ſed lectio, vt apparet, mendoſa eſt. Vide Notitiam noſtram, lib. 1. cap. 13. & lib. 3. cap. 5. 150

BOSPORVS, Archiepiſcopatus XXIX. ſub P. Conſtantinopolitano, apud Leonem in Diſpoſitione. Fortè eſt BOSPORVS, vrbs Ponti, nota Stephano, iuxta Cimmerium ſinum.

BOSPORVS THRACIVS, Italis *Stretto di Canſtinopoli*, à Petro Gyllio libris tribus eſt deſcriptus, cum vrbibus atque inſulis adiacentibus.

BOSPORVS CIMMERIVS Plutarcho, qui MÆOTICVS Euſtathio, Italis *Bocca S. Ioanni*, vel *Stretto di Caffa*, deſcribitur ſub nomine Tanais, ab Ariano in Periplo.

BOTRYOS, Ptolemæo BOTRVS, Vitriaco lib. 1. cap. 44. BOTRIVM, vulgò *Betiron*, V. E. ſub M. Tyrenſi. 134

BOVA, *Boua*, V. E. ſub A. Rhegienſi in Calabriâ, ad oram maritimam. 169

BOVIANVM, Ptolemæo Samnitum vrbs, Stephano *Boianum*, hodie *Boiano*, teſte Leandro, V. E. ſub A. Beneuentano, Ducali dignitate celebris. 171

BOVINVM, *Bonino*, V. Epiſcopali & Ducali titulo nota, ſub A. Beneuentano. 171

BOVRON, vrbs Thraciç, ad lacum Biſtonidis ſita, vetuſtum nomen adhuc retinet: teſte Bellonio lib. 1. cap. 60.

BRA-

BRABANTIA, *Brabant*, Galliæ Belgicæ prouincia, Ducali titulo gloriatur. Sunt in eâ vrbes duę Epiſcopales, *Antuerpia* & *Siluaducis*, præter Machliniam eiuſdem limitibus incluſam. In eadem eſt *Louanium*, Academia, & *Bruxella*, Principis ac Senatus ſedes. Ducum Brabantiæ hiſtoriam ſcripſere Petrus Diuæus & Hadrianus Barlandus. 201

BRACARA, regni Portugalliæ vrbs celebris, hodie *Braga*, Plinio AVGVSTA BRACARVM, cui olim XIII. ſuffraganeę Sedes fuerunt, *Portucale*, *Conimbria*, *Egitania*, *Feſcum* ſeu *Viſeum*, *Lameca*, *Vectica*, *Dumio*, *Auria*, *Tude*, *Luco*, *Iria*, *Britonia* & *Aſturica*: de quibus vide Garſiam Loaiſam, Notis ad Conc. Lucenſe, tomo 2. Conciliorum, editionis Colonienſis, Ioannem Marianam lib. 6. cap. 15. Regum Hiſpaniæ, & Lud. Nonium in Hiſpanię deſcriptione cap 51. 191

BRANDEBVRGVM, *Brandeburg*, Germanię V. E. ſub A. Magdeburgenſi, ad Hauelum fl. Marchionatus & S.R.I. Electoratus dignitate celeberrima. Epiſcopatum an. 946. Otho Magnus Imp. Henrici Aucupis F. inſtituit ac dotauit. Marchię Brandeburgicæ vrbes præcipuæ ſunt *Brandeburgum*, de quo diximus, *Francofurtum* ad Viadrum ſiue Oderam fl. Academiâ an. 1506. inſtitutâ celebre, & *Berlinum*, Principis ſedes. Elector Brandeburgenſis hodie & Ducatum Pruſſiæ, regno Poloniæ iure beneficiario obſtrictum, poſſidet. 207

BRASILIA, *Braſil*, prouincia Americæ Meridionalis à Luſitanis detecta, habet Epiſcopum in vrbe Bahia omnium Sanctorum reſidentem. Vnde & Braſilienſis Epiſcopus vulgò nuncupatur, eſtque

que ſuffraganeus A. Oliſiponenſi in Luſitaniâ. 192.224

Bratvspantivm, ciuitas Bellouacorum, ſub Cæſaribus Romanis transnominata Cæsaromagvs, *Beauuais*, V. E. ſub A. Remenſi: vt notat Scaliger in Notitiâ Galliç. 195

Brechinivm, *Brechin*, V.E. Scotiæ, ſub A. Andreopolitano. 218

Brema, *Bremen*, V. A. Germaniæ ad Viſurgim fl. mercatu nobilis. Bremenſium & Hamburgenſium (eſt enim Hamburgo Bremam Metropolitana ſedes tranſlata) Antiſtitum res geſtæ peti poterūt ex M. Adami Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ. 208

Briniatvm, V. olim E. in prouinciâ Mediolanenſi. Briniates memorat Liuius.

Briocopolis, *S. Brieu*, V.E. ſub A. Turonenſi, in Britanniâ minore, ſic dicta à nomine Apoſtoli ſui S. Brioci. 195

Bristolivm, *Briſtou*, V.E. Angliæ, ſub A. Cantuarienſi. 217

Britannia, *La grande Bretaigne*, inſula in Oceano Septemtrionali, omnium, quæ Europç adiacent, maxima (vnde & Orbem altervm olim appellarunt) duo regna complectitur, Angliæ & Scotiæ. Britanniæ, itemque Hiberniæ ſedes Epiſcopales, earumque origines ac mutationes deſcribuntur à Guilielmo Camdeno in Britāniâ, & à Parckero in Hiſtoriâ Antiquitatum Britannicæ Eccleſiæ. 216

Britannia Minor ſeu Aremorica, *La petite Bretaigne*, ſuos olim Duces habuit, & nunc regni Franciæ pars eſt. Vrbes habet nouem Epiſcopales, Redonenſem, Nannetenſem, Venetenſem,

Cori-

Coriſopitenſem, Leonenſem, Trecorẽſem, Briocenſem, Maclouienſem & Dolenſem, omnes A. Turonenſi ſuffraganeas. Parlamenti ab Henrico II. Rege Chriſtianiſſimo inſtituti ſedes eſt CONDATE REDONVM. 194

BRITONIA, BRITANIA, BRITINIA ſeu BRITONIVM, V. olim E. ſub M. Bracarenſi. Sunt qui dicant nunc eſſe *Mondoñedo* in Gallæciâ, vel prope eam vrbem. Reſendius & Vaſæus putant eſſe opidũ *Camignam* in Portugalliâ. Verùm in antiquo quodam codice ms. de diuiſione Epiſcopatuũ Hiſpaniæ, legitur, *Ouetum, hoc eſt Britonia.*

BRIXIA, *Breſcia*, V.E. Venetorum, ſub A. Mediolanenſi, habet arcem & mœnia munitiſſima. De SS. Epiſcopis Brixienſibus vide Lambertum Epiſcopum Brixienſem. 173

BRIXINA, *Brixen*, V.E. Germaniꝗ, ſub A. Saliſburgenſi, quò ſedes E. tranſlata eſt ex vrbe SABIONA, per S. Albuinum, circa an. Chriſti 1034. Brixinenſis porrò, & Tridentinus Epiſcopus, tametſi iure Aduocatiæ ad Tirolenſem Comitatum pertineant, ſunt tamen S. R. I. Principes, locumque publicis in comitiis habent, atque ad ſubleuandas Imperij neceſſitates contribuunt. Brixinenſium EE. res geſtæ exſtant apud Viguleum Hundium in Metropoli Saliſburgenſi. 207

BRVMACENSIS E. *Brignale*, ſub A. Genuenſi. 177

BRVGÆ, *Brugghe*, *Bruges*, celeberrimum olim Flandriæ emporium, V.E. ſub A. Machlinienſi, beneficio Pauli IV. an. 1558. Eſt autem Brugenſis Epiſcopus perpetuus & hereditarius Flandriæ Cancellarius, idque ratione Præpoſituræ S. Donatiani, Epiſcopatui, vt loquũtur, incorporatę. 201

BRVNSBERGA, *Braunsberg*, vrbs Pruſſię Regalis, in quâ Epiſcopus Varmienſis ſedem habet ac domicilium. Vide VARMIA. 212

BRVNDISIVM, *Brindiſi*, V. A. in regno Neapolitano, habet portum nunc & olim memoratiſſimum. 167

BRVXELLA, *Bruſſel*, Brabantiæ vrbs regia, Belgicæ Principum ſedes, in diœceſi Machlinenſi ſita, templum habet eximium, D.Gudilæ virgini dicatum: in quo Hoſtia ſacra honorificè adſeruatur, ex quâ à Iudæis an. 1369. percuſsâ ſanguis miraculosè profluxit. Miraculorum hiſtoriam ſcripſere Ioannes Loërius Cartuſianus, & Stephanus Identius, Canonicus Bruxellenſis. Alit autem Bruxella tapetiorum textores optimos, & armorum fabros exercitatiſſimos. 201

BRYSIS, A.XIX. ſub P. Conſtantinopolitano, apud Leonem in Diſpoſitione.

BVCEPHALA. Vide CAVALLA.

BVDA, hodie *Offen*, regni Hungariæ metropolis, ad Danubium ſita, capta eſt à Turcis an. 1541. 209

BVDVA, *Budua*, V.E. Illyrici, ſub A. Antibarenſi, ditionis Venetæ. 181

BVGIA, vrbs Africæ, ab Hiſpanis an. 1508. expugnata, ſed à Turcis iterùm occupata.

BVLGARIA, Europæ regio, ſupra Thraciam, inter Danubium & Pontum Euxinum ſita, Daciæ & Mœſiæ contermina, cuius Metropolim Iuſtinianus Imp. Acridam, patriam ſuam, eſſe voluit. Iuſtinianam primam à ſe nuncupatam: quâ de re vide Notitiam noſtram, lib. 1. cap. IX. 184

BVLLONIVM, *Buillon*, arx munitiſſima ditionis Leodienſis, cum pago adiuncto eiuſdem nominis, hodie-

hodieque gaudet titulo Ducatus, iam inde à temporibus Godefridi Bullonij, primi Ieroſolymorum Regis, qui in Syriam profecturus, Ducatum illum Otberto Epiſcopo Leodienſi vendidit. 205.

BVRDIGALA, ſeu BVRDEGALA, *Bourdeaux en Gaſcoigne*, V.A. & emporium Aquitanorum nobiliſſimum, Auſonij poëtæ patria, ad Garumnam fluuium, Parlamenti & Academiæ ſedes. Burdigalenſium AA. catalogum reperies in Gab. Lurbæi Chronico Burdigalenſi, ibidem cum Auſonij operibus euulgato. Burdigalenſis A. in litteris publicis ſe nuncupat Primatem Aquitaniæ. Vide BITVRIGES. 196

BVRGVNDIA, *Bourgoigne*, duplex eſt hodie, vna Ducatus, altera Comitatus titulo illuſtris. Ducatus nunc in Regum Galliæ eſt poteſtate, cuius metropolis eſt Diuio, *Dijon*, in quâ & Parlamenti ſedes. Burgundiæ Comitatus vulgò *la France Conté*, ad Sereniſſimum Albertum Auſtriæ Archiducem ſpectat: cuius metropolis eſt Dola, vrbs ſupremo prouinciæ Senatu atque Academiâ celebris; paretque in ſpiritualibus A. Veſontionenſi. 209

BVRGI, *Burgos*; V. hodie A. Hiſpaniæ, caput regni Caſtellæ veteris. Huius Epiſcopatus iſta fuerunt initia ac progreſſus. Auſcenſis ſedes E. an. 1074. ad opidum *Gamonal* tranſlata eſt. Anno 1075. Alphonſus VI. Rex Hiſpaniarum, Ferdinandi Magni filius, vrbe Burgenſi iam ędificatâ, ad eius amplificationem Auſcenſem Eccleſiam Burgos tranſtulit, Vrbano II. Pont. confirmante, qui eam ipſam ab omni iure metropoltiano exemit, cùm

anteà Tarraconenſi A. ſubdita fuiſſet, & Romanę Sedi immediatè ſubiecit. Philippo II. Rege demum flagitante, Archiepiſcopali hæc ſedes dignitate aucta eſt à Gregorio XIII. attributis illi ſuffraganeis duobus, Pompelonenſi & Calagurritano. Sic G. Loaiſa Notis ad Conc. Lucenſe. Sed ex Actis illius Eccleſię ad Vrbem miſſis, accepimus Burgenſi A. tres eſſe ſuffraganeos, *Pompelonenſem*, *Calagurritanum*, & *Palentinum*. In diœceſi porrò Burgenſi ſunt XIII. Eccleſiæ collegiatę Canonicorum, in Metropolitanâ autem ſunt XLIV. Canonicatus, præter Decanatum. De Burgenſis vrbis fundatore vide Marianam lib. 8. cap. 2. 187

BVRGVM S. DOMNINI, *Burgo San Donnino*, V. E. inter Parmam & Placentiam, olim IVLIA dicebatur, vt colligitur ex tabulis Martyrologij Romani die IX. Octobris. Epiſcopalem illi cathedram dedit Clemens VIII. & Paulus V. Bononienſi eccleſiæ ſubiecit, cùm anteà Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubfuiſſet. Vide IVLIA FIDENTIA. 162

BVRGVM S. SEPVLCRI, *Borgo San Sepolchro*, V. E. ſub A. Florentino, in ditione Ducis Etruriæ. Vide BITVRGIA. 176

BVSCVM-DVCIS ſeu SILVA-DVCIS, V. E. Brabantię, ſub A. Machlinienſi, per Paulum IV. an. 1559. Teutonis *Hertogenboſch*, Gallis *Bolduc* dicitur. 202

BYZANTIVM. Vide CONSTANTINOPOLIS.

C.

CABILLIO CAVARVM, Colonia, vulgò *Canaillon du Contat*, V. E. ſub A. Auenionenſi, ſpe-

ſpectatque ad Comitatum Venitiæ, id eſt, Auenionenſem, qui ditionis eſt Pontificiæ. 201

CABILLONVM, CABALLINVM, vel CABALLIONVM EDVORVM, Sidonio opidum ac municipium ad Ararim fluuium, V. E. in ditione Regis Galliæ, ſub A. Lugdunenſi, Gallicè *Challon ſur Saone* dicitur, non *Chaallon*: nam hoc eſt Catalaunum; vt Iof. Scaliger in ſuâ Notitiâ Galliæ obſeruauit. 193. 195

CADVRCVM, Greg. Turonenſi notum, veteribus DIVONA CADVRCORVM, *Caors en Querci*, V. E. ſub A. Bituricenſi, quam Oltus pænè circumfluens pæninſulam efficit. Epiſcopus gaudet Baronis & Comitis dignitate. 196

CADVACI ſeu CATVACI, Galliç populi apud C. Cęſarē: ſed Iof. Scaliger in Notitiâ Galliæ legit ATVACI ſiue ATVATICI; de quibus ſuprà diximus.

CÆSARAVGVSTA, Ptolemęo CÆSAREA AVGVSTA, ab Octauiano Auguſto Cæſare ſic dicta, hodie *Sarogoza*, ad Iberum fluuium, regni Aragoniæ metropolis, habuit olim Epiſcopum Tarraconenſi A. ſuffraganeum: ſed Ioannes XXII. eam Archiepiſcopali dignitate auxit, vt Mariana lib. 15. cap. 15. tradit. Eccleſia ipſa Archiepiſcopalis Cæſarauguſtana eſt hodieq; regularis, id eſt, Canonicorum regularium ord. S. Auguſtini, vt ex actis ad Vrbem miſſis nobis conſtat. 189

CÆSAREA CAPPADOCIÆ eſt prima Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano, apud Leonem & Andronicum Imperatores, in Diſpoſitionibus. De Epiſcopatibus illi olim ſubditis agit Caſaubonus, in Notis ſuis ad Epiſtolam Gregorij Nyſſeni, ad Euſtathiā, Ambroſiam & Baſiliſſam. 102

CÆSAREA CILICIÆ hodie nihil habet præter rudera & pauca tuguria: teſte Bellonio lib. 2. Obſeru. cap. 108.

CÆSAREA PALÆSTINÆ, quæ & MARITIMA, ſedes 1. Metropolitana, ſub P. Ieroſolymitano, ad mare Mediterraneum ſita. 146

CÆSAREA PHILIPPI, ſeu PANEAS, ad fontes Iordanis, vetuſta Phœniciæ V. E. ſub M. Tyrenſi, ad montis Libani radices ſita, hodie *Balbec* dicta, per Bellonium lib. 2. Obſeru. cap. 95. deſcribitur. 134

CÆSAREA, olim IOL, V. E. Africæ maritima, Iubę olim regia. 8.94

CÆSAREA, V. E. ſub A. Nicomedienſi, apud Leonem in Diſpoſ. 105

CÆSAROMAGVS BELLOVACORVM, *Beauuais*, V. E. ſub A. Remenſi. Eadem vrbs eſt BRATVSPANTIVM: vt vult Scaliger in Notitiâ Galliæ.

CÆSARODVNVM TVRONVM, *Tours*, V. A. Galliæ, ad Ligerim fl. 194

CÆSAROPOLIS, V. E. ſub M. Philippenſi in Macedoniâ. 112

CÆSENA ſiue CESENA, vrbs Flaminiæ, vulgò *Ceſena:* hinc Cæſenas E. Rauennati A. ſuffraganeus. 161

CAFFA, *Caffa*, veteribus THEODOSIA, vrbs Tauricę Cherſoneſi ad mare Euxinum, Genuenſium colonia.

CAIETA, *Gaietta*, V. E. & Campaniæ portus: cum quo Epiſcopatu vniti ſunt Formianus & Minturnenſis: teſte Baronio in Notis ad Martyrol. Romanum 2. Iunij. 164

CAIRVM, *Cairo*, olim MEMPHIS, vrbs Ægypti ampliſſi-

pliſſima, ad Nilum fl. ſita, à Bellonio lib. 3. Obſeru. cap. 36. & ſeqq. deſcribitur.

CALAGVRRIS ſiue CALAGVRIS, hodie *Calahorra*, in ripâ Ebri fluminis (teſte Ambr. Morali) ſita, M. Fabio Quinctiliano & Prudentio ciuibus gloriatur: habetque duas ſedes Cathedrales, nimirum Calagurrim & S. Dominicum de la Calçada, & duas baſilicas collegiatas, Locronium & Victoriam. Calagurritanus A. olim Tarraconenſi, hodie Burgenſi eſt ſuffraganeus, decreto Gregorij XIII. 187

CALAMA, Africæ vrbs inter Conſtantiam & Hipponem, teſte Auguſt. lib. 2. Retract. & lib. 2. aduerſus Donatiſtas. Hinc Calamenſis E. in Collat. Carthaginienſi. 95

CALANENSIS E. in Collat. Carthaginienſi. Eſt & Euphration E. Calanenſis apud Athanaſium: an loci eiuſdem, nondum comperi. 95

CALARIS, Ptolemæo CARALIS, Sardiniæ V. A. vulgò *Cagliari*; cui ſubſunt EE. Sulſitanus & Læſenſis. Vrbs eſt totius inſulæ clariſſima, in quâ Prorex Hiſpanus reſidet. 172

CALAROGA, *Calaroga*, opidum d. Oxomenſis in Hiſpaniâ, patria S. Dominici, Prædicatorum ſodalium anteſignani. 187

CALATIA, Campaniæ Felicis opidum, Liuio, Cæſari, ac Silio lib. 8. notum, hodie *Gaiazzo* ſiue *Caiazzo*, V. E. ſub A. Capuano. 164

CALABRIA, olim MAGNA GRÆCIA nuncupata, Pythagorâ Philoſophorum primo inſignis, itemque Ennio poëtâ, pars hodie regni Neapolitani. Apud Leonem in Diſpoſitione, Calabria ſeu Rhegium in Calabriâ eſt Metropolis XXXII. Ea

namqueprouincia, itemque Sicilia, olim Patriarcham atque Imperatorem Conſtantinopolitanos multis ſæculis agnouerunt. De antiquitate & ſitu Calabriæ Gabriel Barrius ſcripſit libros v. editos in tomo Italiæ illuſtratæ. 169

CALÆCIA, vulgò GALLICIA, *Gallice*, Hiſpaniæ prouincia, in quâ diœceſium ſiueEpiſcopatuum fines deſcripti ac diſtincti ſunt circa an. Chriſti 565. teſte Marianâ lib. 5. Rerum Hiſp. cap. 9. 187

CALEDONIA, Britanniæ inſulæ pars, quam hodie Scotiam vocant. 217

CALECVTIVM, vrbs Indię Orientalis nobiliſſima, & emporium celeberrimum, à Luſitanis ſubactum.

CALENVM, Campanię Felicis V.E. ſub A. Capuano, Straboni & Plinio nota, hodie *Carinolą*: quæ & Comitatus titulo gaudet. 164

CALEPIVM, opidum Cenomanorum, decimo quarto lapide à Bergomo, patria Ambroſij Calepini.

CALIABRIA, hodie *Montanges*, Morali, V. olim E. ſub Emeritâ Metropoli in Hiſpaniâ.

CALIMNO, maris Ægæi inſula, Græcis Chriſtianis habitata, inter Patmon & Con inſulas: de quâ Bellonius lib. 2. Obſer. cap. 11.

CALLINICVS, V.E. ſubMetropoli Edeſſâ, in Patriarchatu Antiocheno: apud Tyrium. 136

CALLIPOLIS, V.E. ſub M. Seueriano in Calabriâ, apud Leonem in Diſpoſitione. Ea vrbs hodie dicitur GALLIPOLIS, *Gallipoli*, habetque Epiſcopum Hydruntino A. ſuffraganeum. 167

CALLIPOLIS, *Galipoli*, vrbs Thraciæ maritima, quæ Conſtantino Magno in delitiis fuit, ob victoriam de genero eò loci reportatam, vt Syneſius in Philadel-

ladelphis auctor eſt. De eâ Conſtantinus Porphyrogenneta in Præfecturâ Thraciæ, & Bellonius lib. 2. Obſeruat. cap. 2. Diſtat à Byzantio quattuor dierum itinere terreſtri, eſtque inde frequentiſſimus in Aſiam traiectus. Callipolis, Leunclauio Calliopolis, ſed mendosè forſitan, olim Epiſcopum habuit Heraclienſi M. ſuffraganeum. 103

CALLIVM, *Caglio*, V.E. ſub A. & Duce Vrbinate. 178

Caluium, *Calui*, opidum Corſicæ inſulæ, in quo Sagonenſis E. aliquando reſidet. 176

CAMACHVS, in Armeniâ, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 114

CAMALDVLVM, *Camaldoli*, vicus Vmbriæ, in quo à S. Romualdo Camaldulēſis ordinis auctore monaſterium illuſtre eſt ædificatum. De eremo Camaldulenſi ſcripſit Andreas Mugnotius, extatque in tomo Italiç illuſtratæ.

CAMARINVM. Vide CAMERINVM.

CAMBALIENSIS A. in dominio Tartarorum, creatus eſt per Clementem V. vt legitur in Codice veteri Prouinciali Romano. Eſt autem *Cambalum* hodieque metropolis Tartariæ. 56

CAMBAIA, regni Cambaiç metropolis, & emporium nobiliſſimum; quod idcircò *Cairum Indiæ* nuncupant.

CAMBYSOPOLIS, V.E. ſub Metropoli Anazarbâ, in P. Antiocheno: apud Tyrium. 139

CAMENECIA, *Camienieck*, V. E. in Podoliâ, ſub A. Leopolienſi. Epiſcopus locum habet inter regni Poloniæ Senatores. 212

CAMERACVM, *Cambray*, *Camerijck*, vrbs Galliæ

 Bel-

Belgicę ad Scaldim fl. olim Epiſcopum habuit Remenſi A. ſuffraganeum. Sed anno 1559. Paulus IV. rogante Philippo II. Rege Catholico, Belgarumque Principe, Cameracum Archiepiſcopali honore auxit, & ſuffraganeos dedit *Atrebatenſem*, *Tornacenſem*, *Audomaropolitanum* & *Namurcenſem* Epiſcopos. Res geſtas atque hiſtoriam EE. Cameracenſium legere eſt in veteri Chronico Cameracenſi circa an. 1040. ſcripto, quod breui edetur à Georgio Coluenerio, Doctore Theologo Duacenſi. 77.202

CAMERINVM, quod Ptolemęo CAMARINVM, hodie *Camerino*, V.E. in finibus Vmbriæ & Marchiæ, Sedi Apoſtolicę immediatè ſubiecta in temporalibus ac ſpiritualibus, gaudet titulo Ducatus. In cathedrali baſilicâ quieſcit corpus S. Antonini Epiſcopi, vt in aliâ Collegiatâ corpus S. Venãtij. Hinc dicti CAMERTES Plinio & Straboni. 160

CAMINVM. Vide POMERANIA, & IVLINVM.

CAMPANIA, regio Italiæ fertiliſſima, hodie *Terra di Lauoro*: de quâ extat liber Antonij San-felicij, tomo Italię illuſtratę. 164

CAMPANIA, V. E. regni Neapolitani ſub A. Salernitano, vulgò *Campagna*. Sunt autem vniti Epiſcopatus *Campanienſis* & *Satrianenſis*, quorum hic poſterior Compſano A. eſt ſuffraganeus. Solet verò Epiſcopus reſidere in vrbe Campanienſi. Quæ omnia ex Vrbe accepimus. Eadem *Campagna*, niſi fallor, Marchionatus titulo nobilitatur. 165.166

CANADA, Orbis Noui prouincia, à Francis inhabitata.

CANADIVM ſiue CENADIVM, *Chonad*, V. E. Hungarię

gariæ Tranſdanubianæ,ſub A. Colocenſi,Epiſcopum &martyrem habuit S.Gerardum Venetum, inſtitutorem ordinis Seruorum B. Mariæ, cuius corpus quieſcit in Murano prope Venetias. 210

CANARIA, vna ex FORTVNATIS inſulis,Ptolemęo & Plinio lib.6. cap.32. ſic dicta à magnorum canum multitudine ingenti. Hodie omnes illæ inſulæ, quas veteres FORTVNATAS dixerunt, vno nomine Canariæ dicuntur. Patrum memoriâ Melchior Canus harum inſularum Antiſtes fuit, libro de locis Theologicis conſcripto celebris. Primum Canarienſibus Epiſcopum, nomine Alfonſum Berramedium, ex ordine Minorum, an. 1404. dedit Benedictus XIII. Iacent autem Canariæ inſulæ, numero ſeptem, in mari Atlantico,ab Occaſu ad Ortum ordine porrectę, à mediâ cæli lineâ ſeptimo & viceſimo gradu diſtantes, à Caſtellanis circa an. 1346. detectæ. Quæ maxima eſt, CANARIA vocatur: inde ceteris eadem facta appellatio. 188

CANDIA, *Candia*,olim CRETA, inſula maris mediterranei, centum vrbibus quondam clara, vt priſci ſcriptores tradunt. Earum circiter quadraginta Plinij ætas nouit: hodie verò, vt Bellonius tradit, tres tantùm alicuius nominis habet, quæ ſunt *Candia* Venetorum colonia, vnde inſulæ nomen, *Canea* & *Rettimum*. Tempore Leonis Imp. XI. fuere Epiſcopatus Cretenſi M. ſubiecti, nimirum *Gortynius*, *Cnoſsius*, *Arcadia*, *Cherroneſi*, *Aulopotami*, *Agrij*, *Lampenſis*, *Cydonia*, *Hierapetra*, (ſic enim coniunctim legẽdum, non diuiſim) *Sita* & *Ciſeami*. Hodie Candienſi A. ſubſunt Epiſcopatus IX. nimirum *Caneenſis*,

neenſis, *Rettimenſis*, *Sittienſis & Hierapetrenſis* vniti, *Cherroneſenſis*, *Sicchimenſis*, *Arcadienſis*, & *Mellipotamenſis*: vt ex litteris Alexandri Turriani Sittienſis & Hierapetrenſis Epiſcopi didicimus. Inſulam porrò, quæ tota Venetis hodie paret, egregiè Bellonius lib. 1. Obſeruationum cap. 4. & ſeqq. deſcripſit. 100. 181

Candida Casa, *VVithorn*, E. ſub A. Glaſcoenſi in Gallouidiâ Scotiæ prouinciâ. Fuit olim Abbatia Canonicorum regularium, in quâ ſedes erat Epiſcopi; nec is alios habebat Canonicos in ſuâ baſilicâ cathedrali, quàm regulares. 218

Canea, *la Canea*, V. E. in Cretâ inſulâ, ſub A. Candienſi. 181

Cannæ, clade Romanorum ab Hannibale fuſorum nobiles, V. olim E. in Apuliâ.

Canopvs, vrbs Ægypti, apud Melam. 25

Canovia, *Canouia*, V. olim E. ſub A. Dyrrachino. 184

Cantabri, Ioſepho Scaligero in Notitiâ Galliæ, *Le pais de Baſques*.

Cantabrigia, *Cambrige*, Angliæ Academia. 217

Cantvaria, *Canterbury*, Angliæ vrbs clariſſima, cuius Archiepiſcopus eſt Primas Angliæ & Legatus natus, ſuntque in illius prouinciâ diœceſes vigintiquatuor. Cantuarienſium Archiepiſcoporum Catalogum, à S. Auguſtino vſque ad Reginaldum Polum, Marianus Victorius Reatinus olim ex tabulis eiuſdem Eccleſiæ Cantuarienſis collegit, cùm Cardinali Polo in Angliâ S. A. Legato, ſub Iulio III. vt familiaris adeſſet, exſtatque is typis editus à Gerardo Voſſio Romę anno 1604. 34. 216

CANVSIVM, hodie *Canoſa*, titulo Comitatus clarum opidum, olim propriam habuit ſedem Epiſcopalem, quæ nunc cum Barenſi A. eſt coniuncta. Quo fit, vt vnus idemque ſcribat ſe Archiepiſcopum Barenſis & Canuſinæ ſedis. 167

CAPETOLIAS ſeu CAPITOLIAS, adis, eſt inter Autocephalos ſeu ſuffraganeos Epiſcopatus ſub P. Ieroſolymitano, apud Tyrium. 152

CAPITIS VIRIDIS inſulę. Vide HESPERIDES.

CAPREA ſeu CAPREÆ, *Capri*, inſula arce Tiberij nobilis, vt ait Plinius, vltra Surrentum Campaniæ vrbem, ob coturnicum multitudinem, quæ illic principio autumni capiuntur, notiſſima, habet Epiſcopum Amalphitano A. ſuffraganeum, cuius cenſus magnâ parte conſtat ex coturnicum capturâ. 165

CAPVA, *Capoa*, clariſſima olim Campaniæ vrbs, ad Vulturnum amnem. Capuam nouam, ex veteris Capuæ ruinis excitatam, Archiepiſcopali honore decorauit Ioannes XIV. an. 968. cùm Othoni II. Imp. coronam imponeret. 164

CARABIZYA, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 22

CARAMIT, vrbs Meſopotamiæ, ſub Turcarum imperio, in quâ Iacobitarum Patriarcha reſidere ſolet: vt lib. 1. cap. 15. diximus. Vide AMIDA. 35. 38. 41

CARCASSO VOLCARVM TECTOSAGVM, ſiue CARCASSVM, *Carcaſſone*, ad Atacem fluuium, V. E. ſub A. Narbonenſi, in regno Galliæ. 198

CARIATVM, *Cariati*, V. E. & Principatus, ſub A. Sanctæ Seuerinæ. 170

CARINTHIA, prouincia gentis Auſtriæ, Ducatus titulo nobilis: cuius vrbes ſunt Clagenfurtum, Vil-

Villacum, & S. Viti opidum. Carinthiæ pars eſt Carniola: in quâ eſt Labacum V.E. De Carinthiâ ſcripſit Ioannes Saliuanus. 207

Carleolvm, V.E. Angliæ ſub A. Eboracenſi. 217

Carmania ſiue Germanicia M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21

Carmania, *Chermain*, Perſiæ prouincia.

Carniola. Vide Carinthia. 217

Carnvtes ſiue Carnotes, Galliç populi, apud Cçſarem, ad Auduram fluuiû: inde Carnvtvm vel Carnotvm, hodie *Chartres*, V.E. ſub A. Senonenſi. De B. Virgine Carnutenſi, cultu miraculiſque celebri, Gallicè ſcripſit Sebaſtianus Rolliardus. 194

Carpathvs, A. xxxii. ſub P. Conſtantinopolitanò, apud Leonem in Diſpoſitione. Eſt & inſula maris Mediterranei ex oppoſito Ægypti. 23

Carpazivm opidum Cypri inſulæ, olim Epiſcopum habuit ritus Grçcanici, ſub Venetis. 182

Carpi, vrbs eſt Principatus titulo inſignis, quam patrum memoriâ Albertus Piùs, vir ſcriptis celeberrimus obtinuit. Hodie cum Mutinâ & Rhegio pertinet ad familiam Eſtenſem.

Carpentoracte Meminorvm, *Carpentras*, vbi Petrarcha Grammaticam ſe didiciſſe refert, V.E. Plinio lib. 3. cap. 4. nota, ſub A. & ditione Auenionenſi. Carpentoractenſium ciuitas dicta eſt & Vindavsica: vt notat Ioſ. Scaliger in Notitiâ Galliæ. 201

Carrhæ, *Oſra*, V.E. Meſopotamiç, Craſſi cæde nobilis.

Carron, V.E. ſub Metropolitano Edeſſç, & P. Antiocheno, apud Tyrium. Vitriaco lib. 1. cap. 31.

Car-

CARRAM,& Ptolemęo CARRHÆ ſiue CARRÆ fortaſſe. Huius vrbis Epiſcopus fuit Theodorus Abucara, ſcriptis clarus. 136

CARTHAGO, vrbs Africæ quondam caput, Romanique Imperij aliquando æmula, cuius hodie nihil extat præter rudera ac ruinas: ex quibus TVNETVM vrbs vicina ad XII. millia paſſuum, mirum in modum creuit. Poſt Rom. Pontificem primus A. & totius Africæ maximus Metropolitanus fuit Carthaginienſis Epiſcopus: vt Leo IX. in Epiſtolis ad Thomam alioſque Epiſcopos Africanos diſſerit. 8

CARTHAGO, cognomento SPARTARIA ſeu NOVA, vrbs Hiſpaniæ, Pœnorum opus, vt Iſidorus loquitur, hodie *Carthagena*, à multis retrò ſæculis Epiſcopum habuit, habetque Toletano A. ſuffraganeum. Carthaginienſis autem E. hodie reſidet in vrbe Murcienſi, quæ illius regni caput eſt, ideoque & Murcienſis nuncupatur. Carthaginienſem ſeu Murcienſem E. hodieque Toletano A. ſuffraganeum eſſe, ex monumentis illius Eccleſiæ ad Vrbem miſſis didici. Quod moneo, ne quis fallatur auctoritate Garſiæ Loaiſæ, qui in Notis ad Conc. Lucenſe, dicit Valentino A. datos ſuffraganeos Maioricenſem & Carthaginienſem Epiſcopos. 186

CARTHAGO, *Carthagena*, V.E. & emporium maritimum Noui Regni Granatenſis, in Americâ Septemtrionali, ſub Archiepiſcopo S. Fidei de Bogota, vt arbitror. In hac vrbe Patres Soc. IESV collegium, & Auguſtiniani, Dominicani, ac Franciſcani ſua habent monaſteria. 226

CARYSTVS, Eubœæ inſulæ opidum eſt Straboni. Hinc

Hinc Caryſtius E. ſub M. Athenienſi, niſi fallor. 110

CASALE ſimpliciter, vel CASALE S. EVASSI, *Caſal di San Vaſo,* V. E. ad Padum fl. ſub A. Mediolanenſi, Montferratenſis Ducatus metropolis, pertinet ad Ducem Mantuanum. Fuit autem S. Euaſius Epiſcopus & martyr, tabulis Romani martyrologij ad diem 1. Decembris adſcriptus. 174

CASANVM ſeu CASSANVM, *Caſſano,* V.E. Calabrię. Scipio Mazzella ſcribit hunc Epiſcopatum à iuriſdictione Archiepiſcopali exemptum eſſe. 170

CASANVM, *Caſano,* V.E. Tartarorum, ſub ditione Moſcouiticâ, ad Volgam fl. diſtat ab vrbe Moſcuâ 60. milliaribus Germanicis, teſte Poſſeuino in Moſcouiâ. 215

CASBIN vrbs Perſiæ vetus Regum ſedes, in quâ hodie Auguſtiniani Eremitæ monaſterium habent.

CASERTA, *Caſerta,* V.E. Principatus dignitate gaudens, ſub A. Capuano. 164

CASINVM ſeu MONS CASINVS, in regno Neapolitano, cuius Epiſcopus eſt ſimul Abbas monaſterij Caſinenſis, ab ipſo S. Benedicto fundati; eſtque exemptus ab omni A. iuriſdictione: vt tradit Mazzella. Vide MONS CASINVS. 164

CASSANDRIA, *Schiatho* hodie iuxta Bellonium, inſula maris Ægæi, Epiſcopum habuit M. Theſſalonicenſi ſuffraganeum. 106

CASSANVM. Vide CASANVM.

CASSERENSIS ciuitas, *de Caſſeres de Camerines,* V.E. in Philippinis inſulis, ſub A. Manilano. 227

CASSILIA ſiue CASSELIA, *Cashel,* V.A. Hiberniæ, in Momoniâ prouinciâ. 220

CA-

CASTABALE, Ptolemęo CASTABALA, V.E. Ciliciæ ſub M. Anazarbâ, in P. Antiocheno: apud Tyrium. 139

CASTELLA AVRIFERA, *Caſtilla del oro*, prouincia Americę Meridionalis, cui an. 1547. primum Epiſcopum dedit Paulus III. Papa: teſte Onuphrio, qui Caſtellum de auro per errorem nuncupat. Is nunc fortaſſe Epiſcopus Carthaginienſis dicitur. 226

CASTELLI ciuitas, itemque CASTELLANA. Vide CIVITAS.

CASTELLVM MARIS A STABIIS, vulgò *Caſtello à mare di Stabia*, V.E. ſub A. Surrentino, iuxta Mazzellam in Deſcriptione regni Neapolitani. Vide STABIÆ. 166

CASTELLVM MARIS A BRVCA, vulgò *Caſtello à mare della Bruca*, V.E. ſub A. Rhegienſi in regno Neapolitano, iuxta eumdem Mazzellam. Sed huius nulla mentio apud Proſperum Auguſtinum. 171

CASTELLVM NOVVM. Vide ROSONA.

CASTELLANETA, *Caſtellaneta*, V.E. ſub A. Tarentino, in regno Neapolitano, ſubeſt in temporalibus Marchioni S. Lucitæ, ex familiâ Bartolettâ, qui & Caſtellanetæ Marchio dicitur. 166

CASTRVM ABIENSIVM, vrbs E. ad Acutum amnem, vulgò *Caſtres*, ſub Archiepiſcopo Bituricenſi in Galliâ. Epiſcopatum an. 1317. Ioannes XXII. inſtituit. 196

CASTRVM, *Caſtro*, V.E. Apuliæ, olei mercatu celebris, ſub A. Hydruntino, ſæpiùs à Turcis vaſtata: ſoletque Epiſcopus habitare in opido Poiardo non procul inde diſtante: vt ex Vrbe accepimus.

Ea ipſa vrbs, niſi fallor, titulum habet Comitatus. 167

CASTRVM, *Caſtro*, V.E. & Ducatus gentis Farneſiæ, in prouinciâ Romanâ. 159

CASTRVM ARAGONENSE, vrbs Sardiniæ, in quâ reſidet Epiſcopus Phauſanienſis. 173

CASTVLO, hodie *Cazlona*, Oretanorum in Hiſpaniâ Tarraconenſi vrbs, Epiſcopum olim habuit A. Toletano ſuffraganeum, nunc caret. Vide Nonium cap. 64.

CATACVM, *Catanzaro*, V.E. vlterioris Calabriæ, ſub A. Rhegienſi. 169

CATALAVNORVM ciuitas, vulgò CATALAVNVM, V.E. ad Matronam fluuium, Gallicè *Chaallon*, ſub A. Remenſi. Epiſcopus eſt Comes & Par Franciæ. 195

CATANA, *Catania*, V.E. vetus in Siciliâ, ſub A. Montis Regalis, gloriatur ciue & martyre S. Agathâ, cuius corpus ibidem in cathedrali baſilicâ adſeruatur. Fuit olim M. ſub P. Conſtantinopolitano. 113.172

CATHANESIA, *Cathnes*, Scotiæ prouincia, habet Epiſcopum Andreopolitano A. ſuffraganeum, cuius ſedes eſt in opido *Dunroden*. 218

CATHARVM, *Cattaro*, vrbs munitiſſima contra Turcas, ſita in eâ Illyrici parte, quę hodie Dalmatia & Sclauonia vocatur, ſubeſt Reipub. Venetæ. Partem diœceſis Turcæ occupant: pars reliqua pagos 17. continet, in quibus partim Catholici, partim Græci ſchiſmatici commorantur. Sic ex illius loci monumentis ad Vrbem miſſis accepimus. Catharenſis E. olim Raguſino, nunc Barenſi in Apuliâ Archiepiſcopatui (idque decreto

creto Alexandri III. Papæ) eſt ſuffraganeus, aut coniunctus. 168

CAVALLA, olim BVCEPHALA & CHALASTREA, nunc *La Caualla*, vrbs Macedoniæ, ſecundo lapide à Philippis ad mare ſita, deſcribitur à Bellonio lib. 2. cap. 57.

CATVRIGES, Ioſ. Scaligero in Notitiâ Galliæ ſunt Alpes maritimæ, quarum metropolis Ebrodunum, *les Alpes d'Ambrun*. 199

CAVA, *Caua*, V. E. regni Neapolitani, quę in ciuilibus etiam laicorum cauſſis Epiſcopo ſuo eſt ſubdita, in criminalibus autem Regi Catholico. Epiſcopus Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubeſt. Diœceſis ſolùm conſiſtit in S. Accerij caſtro: vt ex Vrbe nobis eſt nuntiatum. 165

CAVALLICVM. Vide CABELLIO.

CAVCOLIBERIS, *Colibre*, Hiſpaniæ verſus Galliam limes, V. olim E. ſub A. Narbonenſi, nunc caret Epiſcopo.

CAVRENSIS vrbs, *Nueua Caures*, ſita in inſulis Philippinis, habet Epiſcopum Manilano A. ſuffraganeum. 227

CAVRIO, Ptolemęo opidum Luſitaniæ, hodie *Coria*, in Extremadurâ prouinciâ, habet Epiſcopum A. Compoſtellano ſubditum. 188

CELENDERIS Tyrio, CELENTERIS Imp. Leoni, V. E. ſub M. Seleucienſi. 139

CELSONA, *Solſona*, V. E. Cataloniæ in Hiſpaniâ, ſub A. Tarraconenſi. 190

CELTZENE ſiue KELTZENE, olim V. E. ſub M. Camachio, in Armeniâ, poſteà verò Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano. 114. 130

CEMELEVENSIVM vel CEMELENENSIVM ciuitas,

Cimies, olim Epiſcopum habuit Ebrodunenſi A ſuffraganeum. 199

CENADIVM. Vide CANADIVM.

CENETA ſiue CENEDA, *Zeneda*, V.E. vetus, ditionis Venetæ, ſub P. Aquileienſi. Vide OPITERGIVM. 179

CENETVM opidum regni Neapolitani, in quo Epiſcopus Teleſinus ſæpè ſolet reſidere. 170

CENOMANI, ſiue OROBII, Italiæ populi, de quibus libros tres ſcripſit Ioannes Chryſoſtomus Zanchius, exſtantque in tomo Italiæ illuſtratæ.

CENOMANI ſeu CENNOMANNI, Plinio & Ptolemęo Galliæ Lugdunenſis populi. CENOMANVM, hodie *Le Mans*, V. E. ad Sartam amnem, ſub A. Turonenſi, fuit patria Petri Bellonij profeſſione Medici, qui anno 1546. viuēte Franciſco I. Francorum Rege, peregrinationem per Græciam, Aſiam, Ægyptum, Iudæā, Arabiam, aliaſque prouincias Orientales ſuſcepit, & anno 1549. in Galliam rediit. Quam peregrinationem triennio abſolutam, & res memorabiles in itinere à ſe obſeruatas, libris tribus Obſeruationum expreſſit. 194

CENTRONES, Ioſ. Scaligero in Notitiâ Galliæ ſunt Alpes Graiæ Peninæ, *les Alpes de Tarentaiſe*. CENTRONVM ciuitas, id eſt, TARANTESIA, *Tarentaiſe*, V. A. in ditione Ducis Sabaudiæ. 175

CENTVMCELLÆ, *Cincelle*, vrbs olim E. nunc diruta: ex cuius ruinis creuit vicinum opidum & portus, *Ciuita Vecchia* nuncupatus, vbi Summi Pontificis eſt Natale. Epiſcopatus adiunctus eſt E. Viterbienſi. 158

CEPHALENIA ſeu CEPHALONIA, *Cefalonia*, Ionij ma-

maris inſula, ditionis Venetę, Epiſcopum habuit Corinthio M. ſubditum, iuxta Diſpoſitionem Leonis Imperatoris, nunc autem A. Corcyrenſi ſubiectum, niſi fallor. 180

CEPHALOEDIS, Plinio & Ptolemæo, hodie *Cefalu*, vel *Cifalu*, V.E. olim M. Syracuſano ſub Græcis, nunc A. Meſſanenſi ſuffraganea. Apud Leonem Imp. vocatur CEPHALVDIVM. 115.172

CERASVS, untis, olim V.E. ſub M. Neocęſarienſi in Ponto Polemoniaco, poſteà Metropolis ſub P. Conſtantinopolitano. 21.123.128

CERAVNIA, *Cerines*, V. olim E. Cypri ſub A. Nicoſienſi. 182

CERVIA. Vide FICODE.

CESTERO. Vide CISTERO.

CESTRIA, *Cheſter*, V.E. Angliæ ſub A. Eboracenſi. 217

CHALASTREA. Vide CAVALLA.

CHALCEDON, ſeu CHALCEDONIA vſque ad hanc ætatem ſuum nomen retinet, olim magna & pręclara vrbs, in littore Aſiatico, veteri Byzantio oppoſita, Conciliis aliquot ibi celebratis nominatiſſima, nunc exiguus vicus: vt tradit Petrus Gillius lib. 3. de Boſporo Thracio cap. 10. Augerius Gyſlenus Buſbequius, in Itinere ſuo Amaſiano, tradit eò loci, aut certè paullò ſuperiùs, Chalcedonem olim ſtetiſſe, vbi nunc *Scutarium* pagus viſitur. Fuit Metropolis IX. ſub P. Ieroſolymitano. 105.116

CHALCIS, Eubœæ inſulę præcipua vrbs, ad Euripum ſita, hodie *Negroponte*.

CHALCIS, V.A. ſub P. Antiocheno, hodie *Chinſerin*, Leonardo Abeli Epiſcopo Sidonienſi. 143

CHALCITIS veteribus Græcis, hodie CHALCIS, *Chalcis*, inſula Propontidis, deſcribitur à Petro Gyllio lib. 3. de Boſporo Thracio, cap. 14. Ea olim Epiſcopum habuit Heracliensi M. ſuffraganeum. Vide DEMONESVS. 103

CHALDÆA (cuius caput Babylon) totam Meſopotamiam & Aſſyriam complectens, hodie à Turcis *Aſamia* nuncupatur: teſte Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 96. 37

CHALDÆI ASSYRII ORIENTALES, populi Chriſtiani. 37. & ſeqq.

CHELMA, *Chielmnick*, V.E. Ruſſiæ Nigræ, in Poloniæ regno, ſub A. Leopolienſi. 212

CHERRONESVS, *Cheroneſo*, V.E. Cretæ inſulæ, olim ſub Græcis, & nunc ſub Venetis. Vide CANDIA. 181

CHERSON, primùm A. poſteà M. ſub P. Conſtantinopolitano. Procopio 3. Ædific. eſt Ponti vrbs maritima, ad Mæotidem paludem. 22. 128

CHIAPPA, *Chiappa*, V.E. in Indiâ Occidentali: in quâ duo ſunt monaſteria. Eſt A. Mexicano ſuffraganea, niſi fallor. 225

CHIEMIVM, *Chiemſe*, V.E. Germaniæ ſub A. Saliſburgenſi. Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Eberhardus A. Saliſburgenſis circa an. 1214. teſte Viguleo Hundio in Metropoli ſuâ Saliſburgenſi. 207

CHILI, prouincia Americæ Meridionalis, inter Peruuiam & Patagonum regionem: cuius metropolis eſt ciuitas *S. Iacobi*, colonia Hiſpanorum. 226

CHINA. Vide SINÆ.

CHIOS, ſeu CHIVS, *Scio*, Ægei maris inſula, & vrbs eiuſdem nominis in illâ, olim Epiſcopum habuit, Rho-

Rhodienſi M. ſuffraganeum, poſteà verò Archiepiſcopum, ac demum Metropolitanum. Sunt in eadem inſulâ, quamquam à Turcis occupatâ, hodieque multi Chriſtiani ritus Latini, quibus & Epiſcopus dari ſolet à Rom. Pontifice. Habent ibidem Reſidentiam, vt vocant, Patres Soc. IESV. In hac inſulâ ſolâ Maſtichen hodie generari ſcribit Bellonius lib. 2. Obſeru. cap. 8. 22.112. 129

CHONÆ, arum, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21.114

CHRISTIANOPOLIS, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 22.123

CHRISTOPOLIS, V. E. Philippenſi in Macedoniâ M. ſuffraganea, ſub Imp. Leone: poſteà verò Metropolis, ſub Andronico. 112.120.129

CHRYSOPOLIS, vrbs Macedoniæ, nunc planè deſerta, cuius rudera ad Strimonis oſtium conſpiciuntur. Bellonius lib. 2. cap. 55.

CIANTIVM, id eſt VENETORVM ciuitas, *Vennes* aut *Vannes*, V. E. Britanniæ Aremoricæ ſub A. Turonenſi. 194

CIBALIS & CIVALIS, *Bereczlo*, V. olim E. Panno-niæ inferioris, Valentiniani Imp. patria.

CIBINVM. Vide HERMANNOPOLIS.

CICESTRIA, *Chicheſter*, V. E. Angliæ, ſub A. Cantuarienſi, habuit Epiſcopum S. Richardum ab Vrbano IV. in Diuos relatum, cuius vita exſtat apud Surium tomo 2. 217

CILICIA, regio Aſię minoris, in quâ Tarſus D. Pauli patria, regio admodum plana, qualis apud Francos eſt *Beauſe*, à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 100. deſcribitur: hodie *Caramania* dicitur.

CIMELA, *Cimies*, V. olim E. in territorio Nicææ apud Sabaudos. Vide CEMELEVENSES. 199

CINGVLVM, *Cingoli*, V. quondam E. Piceni, inter Tolentinum& Æſium, quinto lapide à Trianâ, quæ nunc Monticulus, habuit I. Epiſcopum S. Exuperantium, de quo 29. Maij.

CISSAMVM, *Sicchimo*, V.E. Candiæ inſulæ ſub A. Candienſi, ditionis Venetæ. 182

CISTERO vel CESTERO, Segeſtoriorum ciuitas, *Ciſteron*, V.E. ſub A. Aquenſi in Galliâ. 198

CISTERTIVM ſiue CISTERCIVM, Gallicè *Ciſteaux*, monaſterium Abbatiale diœceſis Cabillonenſis, in Ducatu Burgundiæ, caput ordinis Ciſtertienſis.

CITICVM, CITIZVM, ſeu CITITZVM, *Zeitze*, V.E. Germaniȩ, ſub A. Magdeburgenſi. Epiſcopatum Citizenſem an. 968. fundauit Otho I. Imperator, & Ioannes XIII. Papa confirmauit: teſte Paulo Langio in Chronico Citizenſi, quod à dicto anno vſque ad annum 1515. deduxit, Epiſcoporum Citizenſium & aliorum in viciniâ Antiſtitum res geſtas commemorans. Exſtatque tomo 1. Hiſtoricorum Germaniæ, per Ioannem Piſtorium edito, ſed cautè legendum eſt præſertim ſub finem.

CIVITAS CASTELLI, *Ciuita di Caſtello*, ſita eſt in finibus Vmbriæ, ſub ditione Rom. Pontificis, habet Epiſcopum eidem immediatè ſubiectum. In cathedrali quieſcit corpus S. Floridi Epiſcopi & confeſſoris. Diœceſis eſt ſatis ampla, ſeptem continens opida, vt vocant, & 200. baſilicas parochiales. 159

CIVITAS CASTELLANA, *Ciuita Caſtellana*, ſita eſt in prouinciâ Patrimonij S. Petri, in Tuſciâ, in tem-

temporalibus ac ſpiritualibus Sedi Apoſtolicæ ſubiecta. Cui & ſubeſt immediatè Epiſcopus Caſtellanus, qui & Ortanus ſiue Hortanus dicitur. Sunt enim vniti Epiſcopatus Ciuitatis Caſtellanæ, & vrbis Ortanę: diœceſes tamen diuerſę exiſtunt. Quæ omnia ex dictarum Eccleſiarum monumentis ad Vrbem miſſis accepimus. De ciuitate Caſtellanâ, Faliſcorum non Veientium opido, exſtat carmen Petri Curſij, in tomo Italiæ illuſtratæ. 158

CIVITAS DE CORO, *Coro*, V.E. in Indiâ Occidentali, ſub S. Dominici Archiepiſcopo. 225

CIVITAS DVCALIS, ſeu potiùs CIVITAS CALIENSIS, V. E. gentis Farneſiæ, Italicè *Ciuita du Cali*, diuiſim. 169

CIVITAS NOVA in Auſtriâ, *Neuſtat*, Epiſcopali titulo donata eſt à Paulo II. an. 1468. ſpectatque ad gentem Auſtriam. 207

CIVITAS NOVA, in Iſtriâ, *Citta noua*, ex Æmoniæ ruinis conſtructa, V.E. ſub P. Aquileienſi, & ditione Venetorum, haut procul à mari Adriatico, à paucis incolitur ob aëris intemperiem. Quapropter Epiſcopus ſolet ferè alibi, ſuâ tamen in diœceſi reſidere: vt ex Vrbe accepimus. In cathedrali adſeruantur reliquiæ S. Pelagij. Vide ÆMONIA. 179

CIVITAS PLEBIS, *Ciuita di Plebe*, V.E. in prouinciâ & ditione Romanâ. Semel hoc loco indicaſſe ſuffecerit, opida Epiſcopali dignitate cohoneſtata, quantumuis exigua, ab Italis, iuxta ſtilum ac phraſim Curiæ Romanæ, *Ciuitates* nuncupari; reliqua verò iſta dignitate carentia, non niſi *Caſtella* vel *Opida* nominari. 159

Civitas Regvm, *Ciudad de los Reyes*, alio nomine vocatur Lima, Peruanæ prouinciæ caput, in Indiâ Occidentali; cui Paulus III. Archiepiſcopum primum dedit an. 1547, adtributis quinque Epiſcopis ſuffraganeis, *Cuchenſi*, *Quitenſi*, *Caſtilia de auro*, *Nicaraguenſi* & *Popaianenſi*: vt Onuphrius refert in vitâ eiuſdem Pauli. In cathedrali, præter Pontificalem, ſunt aliæ quinque dignitates & xii. Canonicatus; multæ item Parochię, ac monaſteria vtriuſque ſexus: vt ex illius Eccleſiæ ſtatu ad Vrbem miſſo deſcripſimus. 226

Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*, V.E. Hiſpaniæ, ſub A. Compoſtellano, olim dicta fuit Mirobriga: teſte Marianâ lib. 11. cap. 12. 188

Civitas Solis, *Ciuitella*, V.E. Tuſciæ ſub A. Piſano. 176

Civitas Nova in Auſtriâ, *Neuſtat*, Epiſcopali dignitate aucta eſt an. 1468. per Paulum II. Papam, petente Frederico II. Imp. 208

Civitas Nova, in Iſtriâ, *Citta Nuoua*, ditionis Venetæ, ſub P. Aquileienſi. Vide Æmonia. 179

Clara-Vallis, *Cleruaulx*, Abbatia, S. Bernardi domicilio & tumulo nobilis, in Ducatu Burgundiæ, ord. Ciſtercienſis, in d. Cabillonenſi.

Clarvs-Mons, veteribus Avgvsto-nemetvm Arvernorvm, *Clermont*, V.E. Aruerniæ, in regno Galliæ, ſub A. Bituricenſi. Claromontenſis Epiſcopus quâ ratione dicatur Aruerniæ Comes, differit Choppinus Pol. ſacræ lib. 2. tit. 1. §. 11. & lib. 1. de Domanio Franciæ, tit. 3. Vide Arverni. 196

Clavdiopolis, in Honoriade, olim M. ſub P. Conſtantinopolitano: ſed vrbe à gentilibus occupatâ,

ſedes

ſedes Metropolitana Pontoheracleam eſt tranſlata. 106.117.128

Clavdiopolis, V.E. ſub M.Seleucienſi, Tyrio & Leoni Imp. nota. 139

Clavdiopolis, *Clauſenburg*, *Coloſwar*, vrbs inſignis Tranſiluaniæ.

Clima Anatoles & Dysmon, E. ſub M. Boſtrenſi, in P. Ieroſolymitano: apud Tyrium. 149

Clocheria, *Clocher*, V.E. Hiberniæ ſub A. Armachano. 219

Clonfertia, *Clonfert*, V.E. Hiberniæ ſub A. Tuamenſi. 220

Clodia Fossa, *Chioggia*, vel *Chioza* hodie, inſula & V.E. ſub P. Veneto. 178

Clona, *Clon*, V.E. Hiberniæ ſub A. Caſſilienſi. 220

Clvanvm, *Kiloom*, V.E. Hiberniæ ſub A. Armachano. 219

Clvniacvm, *Clugny*, opidum & Abbatia celeberrima diœceſis Matiſconenſis, in Galliâ, caput ordinis Cluniacenſis.

Clvsivm, *Chiuſi*, V. E. Etruriæ inter Aretium & Oropitum, ſub A. Senenſi. 176

Cochinvm ſiue Cocinvm, *Cochin*, V. E. Indiæ Orientalis, ſub A. Goano. 223

Co, apud Ptolemęum, Cos & Coa, patria Hippocratis, apud Strabonem, Plinium, & alios, Turcis hodie *Stancou*, maris Ægæi inſula, & vrbs eiuſdem nominis in illâ, deſcribitur à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 12. Olim Epiſcopum habuit Rhodienſi M. ſuffraganeum, poſteà verò Archiepiſcopum. 112.129

Cola, *Cola*, vrbs & emporium Ruſſiæ, ad mare Septem-

ptemtrionale, ſub ditione Moſcorum, à Batauis frequentatur. Incolæ in ſacris ritus Rutenicos ſequuntur.

Collis, *Colle*, V. E. Etruriæ, ſub A. Florentino. 176.

Colocia, *Colotz*, V. A. Hungariæ ſeu Pannoniæ inferioris. 210

Colonia Agrippina ſeu Agrippinensis, Gallis *Coloigne*, noſtris *Colen*, ſic dicta ab Agrippinâ Iuliâ, Neronis Imp. matre, teſte Tacito XII. Annalium, eſt V. A. ad Rhenum; cui ſuffragantur hodie Leodicum, Monaſterium, Minda & Oſnabrugum; olim & Vltraiectum ſeu Traiectum inferius. Sacrarium Agrippinæ, ſiue De monaſteriis ac locis ſacris vrbis Colonienſis ſcripſit Erhardus VVimhemius, Cartuſianus. Epidigma ſeu ſpecimen hiſtoriæ eiuſdem vrbis habemus à Stephano Broelmanno, plura aliquando, vt ſperamus, daturo. 204

Colonia ſeu Colonea, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 115. 121

Colophon, V. E. Aſiæ minoris, Ptolemæo & Pomponio nota. 103

Colossenses populi ſunt, ad quos D. Paulus Epiſtolam ſcripſit. Suidas ait ſic Rhodios appellari. Plerique tamen putant D. Paulum hoc nomine incolas vrbis Colossarvm, ſiue Chonarvm, in Phrygiâ deſignare. 21. 114

S. Colvmbi inſula, *Kolmkil*, eiuſdem S. Columbi ſeuerâ diſciplinâ ac monaſterio clara, in quo Hebridum inſularum Epiſcopus ſedem habere ſolet: teſte Buchanano Rerum Scoticarum lib. 1. In eodem monaſterio viſuntur hodieq; veterum Sco-

Scotiæ, Hiberniæ & Noruegiæ Regum tumuli: vt idem teſtatur. 219

Colvmna, *Kolom*, V.E. Moſcouiæ, à Moſcuâ vrbe 18. milliaribus Germanicis diſtat: teſte Poſſeuino in Moſcouiâ. 215

Comacvla, inſula in Venetis, apud Reginonem lib. 2. hodie *Comachio*, cum vrbe cognomine, hodie Epiſcopali, in ditione Pontificiâ, ſub A. Rauennate. 161

Comagena, pars Syriæ ſupra Ciliciam ad Ortum ſita, trans Amanum montem excurrens vſque in Meſopotamiam, à quâ Euphrate fl. dirimitur. Comagenæ, vt & totius Orientis, hodie caput eſt Aleppum: teſte Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 102.

Come idem eſt quod Vicus Græcis: quo nomine multi Epiſcopatus ſub. P. Ieroſolymitano prænotantur, apud Guil. Tyrium. 146.149

Complvtvm V. olim E. ſub A. Toletano, hodie *Alcala de Henares*, iactat ſe inſigni Academiâ, ſed caret Epiſcopo proprio, eſtque diœceſis Toletanæ. 186

Compostella, *Sanctiago de Compoſtella*, vrbs regni Gallæciæ in Hiſpaniâ, S. Iacobi Apoſtoli nomine, corpore, cultuq; celebris, petente Carolo Magno Imp. à Leone III. Epiſcopali dignitate ornata fuit, addito Irienſis Epiſcopi titulo. Pôſt anno 1124. Caliſtus II. ius Metropoliticum Eccleſiæ Emeritenſis eò tranſtulit: teſte Baronio. Archiepiſcopus hodie eſt dominus vrbis tam in temporalibus quàm ſpiritualibus. Calixtus ipſi duodecim Epiſcopos adtribuit, Salmanticę, Abulæ, Zamoræ, Mirobrigæ, Cauriæ, Pacis Auguſtæ, Luci, Aſturicæ, Auriæ, Mindonij, & Tudæ; qui-

quibus poſteà Placentia adiuncta eſt: vt teſtatur Mariana l. 10. c. 12. Paſchalis II. indulſit, vt templum Compoſtellanũ Canonicos VII. Cardinales, Romanæ amplitudinis æmulatione, haberet: teſte eodem lib. 10. capp. 5. & 6. 187

COMPSA, *Conza*, Hirpinorum in Italiâ vrbs A. vetus. 166

COMVM, *Como*, Ptolemęo & aliis, NOVVM COMVM Suetonio, V.E. ſuffraganea P. Aquileienſi, in Ducatu tamen Mediolanenſi ſita, fuit patria vtriuſque Plinij & Pauli Iouij: ex quibus poſterior Lacum Comenſem egregiè deſcripſit. 179

CONCEPTIO, *Conception*, V. E. Indiæ Occidentalis, ſub A. S. Dominici. 225

CONCHA, Vide QVONQVA.

CONCORDIA, V.E. vetus ſub P. Aquileienſi: cuius hodie nihil exſtat præter rudera, templum cathedrale, & caſas aliquot ruſticanas. Concordienſis E. in opido vicino, quod Portum Romatinum vocant, nunc moratur. 179

CONDATE REDONVM, *Renes*, V. E. ſub A. Turonenſi, & ſedes Parlamenti Britanniæ Aremoricæ. 194

CONDOMIVM, *Condom*, V.E. Guiennæ, ſub A. Burdigalenſi. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio S. Petri, ord. Benedictini: Iulius II. autem ex monachis fecit Canonicos ſæculares. 197

CONGVM, *Congo*, vrbs primaria regni Congi in Africâ, ſub ditione Luſitanorum, habet Epiſcopum Oliſiponenſi A. ſuffraganeum. De quo regno fusè ſcripſit Philippus Pigafetta. 191

CONIMBRICA, *Coimbra*, V. E. regni Luſitaniæ, ſub A. Bra-

Digitized by Google

A. Bracarenſi. habet Academiam inſignem, à Ioanne III. Portugalliæ Rege excitatam. In eâ vrbe quieſcit S. Eliſabetha Luſitaniæ Regina, cuius vitam ſcripſit Ioannes Maffeius. 191

CONSENTIA, Vide COSENTIA.

CONERIA, *Coñer*, V. E. Hiberniæ ſub A. Armachano. 219

CONSTANTIA, *Coſtnitz* Germanis, *Conſtance* Gallis, V.E. Germaniæ ſub A. Moguntino. Res geſtę Epiſcoporum Conſtantienſium ab anno 608. vſque ad an. 1607. leguntur in Chronico Conſtantienſi, quod Iacobus Manlius incohauit, & Ioannes Piſtorius perfecit, typiſque publicandum curauit Francofurti an. 1607. vnà cum accuratâ deſcriptione totius diœceſis Conſtantienſis. Quod vtinam alij in Germaniâ; Gallia, & alibi æmulentur! Vide VINDONISSA. 204

CONSTANTIA, *Contances*, V. E. Normanniæ ſub A. Rotomagenſi. CONSTANTIA CASTRA, à Conſtantino Cæſare dicta, vt Papyrius Maſſonus exiſtimat. 194

CONSTANTINA, Numidiæ Metropolis, olim Epiſcopum habuit, & creditur CIRTA fuiſſe, regia Maſiniſſæ. 8.96

CONSTANTINOPOLIS, *Conſtantinopoli*, olim BYZANTIVM, vrbs ampliſſima, à Conſtantino Imp. mirificè aucta, Patriarcharum & Grecorum olim Imperatorum, nunc Turcicorum ſedes, libris IV. à Petro Gillio (qui an. 1555. Romæ obiit) erudiriſſimè deſcripta eſt. Fuit autem Byzantium olim in diœceſi ſeu Epiſcopatu Heracleæ, vt Curopalates libro de Officialibus Palatij CP. diſertè teſtatur. Conſtantinopolim anno 1452. Mahometes

metes Othomannus expugnauit: & ſic Imperium Chriſtianorum in Oriente finitum eſt. Notitia Epiſcopatuum Patriarchæ C P. quondam ſubditorum, alia ab eâ quam Leunclauius & nos lib. 3. cap. 1. edidimus, exſtat apud Iſaacum Caſaubonum: vt ipſe in Notis ſuis ad Epiſtolam Gregorij Nyſſeni ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam aſſerit. Ceterùm Græcanicis olim Eccleſiis vnus Patriarcha Conſtantinopolitanus præſidebat: hodie verò plures Græcanici per Orientem Patriarchæ exiſtunt: nimirum *Conſtantinopolitanus*, qui Conſtantinopoli; *Alexandrinus*, qui Cairi; *Damaſcenus*, qui Damaſci; & *Antiochenus*, qui Antiochię ſedem habet. De quibus ſic Bellonius lib. 1. Obſeruationum cap. 35. *Licet Gracanica Eccleſia caput*, Patriarcha *nuncupatus*, Conſtantinopoli *ſedem habeat, plerique tamen alij idem nomen ſimilemque poteſtatem obtinent in iis prouinciis quibus praſunt* Nam Patriarcha Alexandrinus *abſolutam habet poteſtatem in eos qui Gracos ritus obſeruantes in Ægypto & Arabiâ viuunt, magnificaſque in Memphi ſiue Cayro habet ades, quas vidimus, adibus* Patriarchæ *Conſtantinopolitani (qua peculiari nomine Patriarchatus nuncupantur) non multùm inferiores. Alius Patriarcha* Damaſci *reſidet, qui abſolutè imperat omnibus monaſteriis & hominibus Gracam religionem amplectentibus, Syriamque incolentibus: iſque cogitur ſingulis annis adeſſe decimâ quintâ die Augusti in monaſterio ſupra montem Libanum, vt iſtic Liturgiam celebret. Eſt praterea alius* Antiochię, *qui monaſterijs & alijs Chriſtianis Gracis praeſt, qui Barut, Tripolin, Haleb, aliaque plurima Aſia loca inha-*

inhabitant. Turcarum Imperator hos Patriarchas ſuâ religione uti permittit, modò tributum perſoluant. Dicitur verò Conſtantinopolitanus *pro monaſteriis in monte Atho ſitis, aliiſque per Europam ſparſis, duodecies mille* ducatos aureos *pendere. Porrò cùm iſtorum Patriarcharum quiſpiam è viuis exceſſit, Epiſcopi & Metropolitani, qui noſtrorum Cardinalium inſtar ſunt, conueniunt, vt alium eligant. Perpendendum autem eſt, nemnem Patriarcham creari poſſe, niſi primùm Metropolitanus fuerit: quod cum Pontificiâ conſtitutione ferè conuenit.* Hactenus Bellonius. Quâ verò ratione Patriarcharum Byzantij, Alexandrię, Antiochię, & Ieroſolymorum, itemque Archiepiſcopi Iuſtinianæ primæ (quæ vrbes omnes ſub Imperio Conſtantinopolitano fuere) deſignatio quondam fieri ſoleat, Curopalates libro citato explicat. 1.14.102

CONSARANNORVM vel CONSORANNORVM ciuitas, *Sainct Legier de Conſerans*, V.E. Vaſconiæ ſub A. Auſcenſi. Opidum autem ſic dictum exiſtimo à S. Leodegario Epiſcopo Auguſtodunenſi, non autem à S. Licerio Epiſcopo Ilerdenſi. 197

CONVENÆ, Hieronymo & aliis veteribus *Comenge, Cominges*, V.E. Vaſconię ad Garumnam fluuium, & radices Pyrenæorum, ſub A. Auſcenſi. LVGDVNVM CONVENARVM, olim ab exercitu Guntramni Regis dirutum, & ex eius ruinis S. BERTRANDI opidum, *Sainct Bertrand de Comenge*, in valle Caprariâ conſtructum eſt. 197

CONVERSA, *Conuerſano*, V.E. ſub A. Barenſi in Calabriâ. 167

COPHTI, homines Chriſtiani in Ægypto. 49.51

CORCAGIA, *Corcke* Anglis, *Korcach* indigenis,

V.E. Hiberniæ ſub A. Caſſelenſi, patria S. Brioci, à quo Briocopolis in Britanniâ Aremoricâ nomen habet. Camdenus tradit Clonenſem Epiſcopatum Corcagienſi adiunctum eſſe. 220

CORCYRVS ſiue CORCYRA, *Corfu*, inſula maris Ionij, ditionis hodie Venetæ, vrbem habet Archiepiſcopalem eiuſdem nominis. Olim fuit M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21.180

CORDVBA, *Cordoua*, V.E. ſub A. Toletano, patria Senecæ Philoſophi, Lucani Poëtæ, Auicennę & Auerrois Medicorum, Ambroſij Moralis Hiſtoriographi: qui & patriæ ſuæ laudes prolixè deſcripſit. 186

CORFINIVM, Straboni & Ptolemęo notum, *S. Pelino* & *Pentina*, V. olim E. in Aprutio, inter Sulmonem & Populum, nunc iacet in ruderibus.

CORIA. Vide CAVRIO.

CORINTHVS, vrbs celebris Peloponneſi, M. ſub P. Conſtantinopolitano, anno 1458. à Mahomete Othomanno capta eſt. 110.

CORISOPITI. Vide CVROSOPITI.

CORNVETVM, *Corneto*, V. E. ad littus maris Tyrrheni, à paucis, ob aëris æſtiuo tempore inſalubritatem, habitatum: cuius loci Epiſcopatus vnitus eſt cum E. Montis Flaſconis.

CORO. Vide CIVITAS DE CORO.

CORONA, quæ & STEPHANOPOLIS & BASSOVIA, Germanis *Cronſtadt*, vrbs Tranſſiluaniæ.

CORONE, *Coron*, Meſſeniæ opidum in Peloponneſo (Ptolemęo teſte) V.E. ſub M. Athenienſi. 110.

CORSICA, *Corſica*, inſula maris Liguſtici, regio titulo illuſtris, ſpectat ad Rempublicam Genuenſem. Iuxta Philippum Ferrarium, in Notis ad Marty-

Martyrologium Rom. ſunt in eâ hodie ſedes quinque Epiſcopales, *Mariana*, *Aleria*, *Nebium*, *Sagona*, & *Adiacium*, omnes ſolo æquatæ præter Adiacium. Præfectus inſulę reſidet Baſtię, quæ vrbs egregiè munita eſt, vt & *Fanum S. Florentij*, *Caluia*, & *Bonifacium*. Ita Ferrarius. Alij dicunt hodie ſex Epiſcopos in Corſicâ numerari, *Marianenſem*, *Nebienſem* & *Accienſem*, qui A. Genuenſi; *Alerienſem*, *Sagonenſem*, & *Adiacienſem*, qui A. Piſano ſunt ſuffraganei. 176.177

CORTIZA, V.E. Moſcouiæ, milliari vno Italico diſtat ab vrbe Moſcuâ. 215

CORTONA, *Cortona*, V.E. Etruriæ. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. 176

CORTYNA, V.E. Cretæ inſulæ, temporibus Imp. Leonis. 110

CORTZENA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 115

Cos inſula. Vide Co ſeu COA.

COSENTIA ſiue CONSENTIA, *Cozeenza*, V.A. in Calabriâ citeriore. 170

COSMOPOLIS, *Coſmopoli*, vrbs Iluę inſulę, à Coſmo Medicæo, Magno Etruriæ Duce exſtructa.

COSSIO VASATVM, *Baſats*, (Vaſconicè B pro V) V.E. Vaſconiæ, ſub A. Aquenſi. 197

COTRADIS, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

COTRONIA vel CROTONA, *Cotrone*, V.E. ſub A. Rhegienſi in Calabriâ. 169

COTYAIVM, in Phrygiâ, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 114

COVENTRIA, *Couentre*, V.E. Angliæ, ſub A. Cantuarienſi. 216

CRAC, ſiue PETRA DESERTI, V.A. ſub P. Ieroſolymitano. 148

CRACOVIA, *Cracaw*, ad Viſtulam fl. regni Poloniæ metropolis, & Regum ſedes, habet Epiſcopum Gneſnenſi A. ſuffraganeum. 211

CRANGANORA, *Cranganor*, V. A. Indiæ Orientalis. 224

CRANON, *Ceres*, vrbs, ampla in planicie Thracię, teſte Bellonio lib. 2. cap. 55.

CREMA, *Crema*, V. E. ditionis Venetorum, ſub A. Bononienſi. Epiſcopatum inſtituit Gregorius XIII. 162

CREMONA, *Cremona*, V. E. in prouinciâ & Ducatu Mediolanenſi. Exſtant Annales Cremonenſes, auctore Ludouico Cauitello. 173

CRETA inſula olim Romanis, poſteà Conſtantinopolitanis Impp. paruit; ex quibus Balduinus Flandriæ Comes eam dedit Marchioni Montiſferrati, ab iſto vendita eſt Venetis an. 1194. immani auri pretio, quorum hodieque imperium agnoſcit. Vide CANDIA. 181

CRISPOLINORVM ciuitas, id eſt, VESVNTIO, *Beſançon*, V. A. in Burgundiâ. 209

CHRISTIANOPOLIS, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 22

CROATIA, veteribus LIBVRNIA, prouincia ſupra intimum Adriatici maris receſſum ſita, inter Iſtriam & Dalmatiam, hodie ad Archiduces Auſtrię ſpectat. ſcripſit dę eâ Marcus Fritſchius. 180.

CROIA, *Croia*, V. olim E. ſub A. Dyrrachino, nunc Turcicum iugum patitur. Apud Belgas eſt illuſtriſſima familia CROIA ſiue CROIANA, à *Croy* pago ac caſtro Picardiæ ſic dicta. 184

CVBA inſula Orbis Noui, à Christophoro Columbo an. 1492. primùm detecta: in quâ eſt vrbs *S. Ia-*

S. Iacobi ſedes Epiſcopi, & *Hauana* emporium ac nauale celeberrimum. Primum Cubæ Epiſcopum dedit Leo X. Papa, teſte Petro Martyre ab Angleriâ, Decadis 2. lib.8. Epiſcopatum iſtum Archiepiſcopo S. Dominici in Hiſpaniolâ inſulâ ſuffraganeũ eſſe voluit Paulus III.an.1543. 225

CVDRÆ,arum, A. ſub P.Conſtantinopolitano. 23

CVIAVIA ſiue VLADISLAVIA, *Vladiſlau*, V.ampla E.ſub A. Gneſnenſi, in Poloniâ.

CVLMA, *Culm*, V.E. ditionis Polonicæ in Pruſſiâ Regali, olim ſub A.Rigenſi. 212.213

CVMÆ,*Cuma*, V.olim E.Campaniæ,cuius nihil exſtat præter rudera & Sibyllæ Cumanæ ſpecus, haut procul inde diſſitum,apud Auernum lacum. Cumanus E. vnitus eſt cum Auerſano. 163

CVRIA, *Coira* Italis, *Chur* Germanis. V.E.Rhœtiæ ad Rhenum fl. ſub A. Moguntino. Rhœtorum ſiue Griſonum comitia hîc celebrari ſolent. 204

CVRIA ſiue GERLANDA, *Gerlandt*, V. E. Liuoniæ, olim ſub A.Rigenſi. 213

CVRIVM, V.olim E. Cypri inſulæ,ſub Venetis. 182

CVROSOPITORVM ſiue CVRIOSOLITARVM ciuitas, *Cournouaille* vel *Cornouaille*, V.E Britãniç Aremoricç ſub A.Turonenſi. CVRIOSOLITÆ nominantur in Notitiâ prouinciarum Galliæ, & in Codice Prouinciali Romano : teſte Ioſ. Scaligero. 194

CVRSOLA, *Corzola*, inſula maris Adriatici, & V.E. in eâ, ditionis Venetorum. 183

CYBISTA ſiue CYBISTRA, orum, primùm A.poſteà M. ſub P. Conſtantinopolitano. 23.125

CYCLADES inſulæ maris Ægæi.

CYDON, quæ Imp. Leoni eſt CYDONIA, V.E. Cretç inſulæ. 110

CYPRVS, *Cypro*, inſula Syriæ obiacens, Venetis erepta eſt per Turcas an. 1570. 182

CYPSELLA *Chapſylar*, opidum Thraciæ, aluminis fodinâ nobile, deſcribitur à Bellonio lib. 2. c. 61. In Notitiâ Leonis Imp. CYPSELLA eſt A. XII. ſub P. Conſtantinopolitano. 22

CYRVS ſiue KYRVS, hodie *Quars*, iuxta Leonardum Abelem Epiſcopum Sidonienſem, M. Autocephala ſub P. Antiocheno. Ptolemęo fortaſſe Kyropolis. 142

CYTHERA, *Cerigo*, inſula maris Ægęi, quod hodie Archipelagus vocatur.

CYZICVS, in Helleſponto, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 104. 125

D.

DALISANDVS, V. E. ſub M. Seleucienſi, Tyrio & Leoni Imp. nota. 139

DAMASCVS, *Damaſco*, vrbs Syriæ celebris, Sedes IX. Metropolitana ſub P. Antiocheno, hodieque frequentes habet incolas, & Baſſæ Turcici ſedes eſt: teſte Bellonio, qui eam lib. 2. Obſer. cap. 91. & ſeqq. deſcribit.

DALMATIA, Illyrici pars, Liburniæ contermina, gaudet titulo regio, quem hodieque Reges Hungariæ vſurpant. 183

DAMIATA, vrbs Ægypti, cui datus eſt Archiepiſcopus an. 1220. teſte Iacobo Vitriaco. Veteribus fuit PELVSIVM, ad Nili oſtium Peluſiacum. 133

DANIA, *Denemarck*, Septemtrionalis Oceani pęninſula, regio titulo clara, deſcripta eſt à Saxone Grammatico, M. Adamo, Alberto Crantzio & aliis. 221

DAN-

DANTISCVM, *Dantzick*, celebre emporium ad Viſtulam fl. apud Boruſſos.

DARIEN vel DARIENE, vrbs Caribanæ prouinciæ in Indiâ Occidentali, cui primum Epiſcopum dedit Leo X. vt tradit Petrus Martyr ab Angleriâ, Decadis 2. lib. 8. de Nouo Orbe.

DAVENTRIA, *Deuenter*, V. E. Germaniȩ inferioris, ad Iſalam fl. ſub A. Vltraiectino, patria Gerardi Magni, qui ordinem Fratrum Hieronymianorum (ij olim celeberrimas per Germaniam inferiorem ſcholas habuerunt, vt hodie Patres Soc. IESV) inſtituit: de quo vide Chronicon noſtrum cum Sigeberto Gemblacenſi editum. Epiſcopatum erexit Paulus IV. anno 1559. 203

DEMONESVS, inſula Propontidis, eadem cum Chalcitide, vt vult Gyllius lib. 3. de Boſporo Thracio cap. 14. Plinius ex iſtis duas inſulas facit.

DELPHINATVS, *Daulfiné*, regni Galliȩ prouincia; in quâ duȩ ſunt vrbes Archiepiſcopales, Vienna & Ebrodunum, & quinque Epiſcopales, Valentia, Dia, Gratianopolis, Auguſta Tricaſtinorum, & Vapingum. 199

DERCOS, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 22

DERIA, *Derry* vel *Dirry*, V. E. Hiberniæ ad fl. *Loug-foyl*, in Comitatu ſeu prouinciâ Tyr-Coneliæ, ſub A. Armachano. 219

DERPATVM ſeu TOPATVM, *Derpt*, V. olim E. Liuoniæ, ſub A. Rigenſi, hodie caret Epiſcopo, niſi fallor. 213

DERTONA & DERTON, quȩ & TERDONA, *Tortona*, V. E. Liguriæ, ſub A. Mediolanenſi. 173

DERTVSA, *Tortoſa*, ad oſtium Iberi, V. E. vetus

ſub A. Tarraconenſi, Mauris an. 1147. erepta. Huius vrbis Epiſcopus fuit Hadrianus VI. Belga, ante Pontificatum Maximum. 190

DIDYMOTHICVM, primùm A. poſteà M. ſub P. Conſtantinopolitano. 120.129

DIONYSIOPOLIS, *Sainct Denis en France*, opidum ſecundo lapide à Lutetiâ, Regum Galliæ tumulis clarum, à S. Dionyſio primo Epiſcopo Pariſienſi ſic dictum.

DIA, aliis DEA, *Die*, V. E. Galliæ ſub A. Viennenſi. Ceterùm Dienſis & Valentina diœceſes ab vno Epiſcopo reguntur, & tamen ſeparatæ ſunt, neque altera alterius iura vſurpat. Vide AVGVSTA DIA. 199

DIVM munitiſſima regni Cambaiæ vrbs, à Luſitanis iam olim occupata.

DIABLINTVM ciuitas, id eſt, Cariſes, in prouinciâ Lugdunenſi tertiâ.

DIANIVM, Plinio notum, hodie DENIA, V. olim E. ſub A. Toletano, ſita eſt in D. Valentinâ, gaudetque titulo Marchionatus, ad Ducem Lermæ ex gente Sandouallià ſpectante.

DINIA SENTIORVM, aut EBRODVNTIORVM, *Dine*, V.E. ſub M. Ebrodunenſi. 199

DILINGA, *Dilingen*, vrbs Sueuorum in Germaniâ, habet Academiam ab Othone Truxſeſio S.R.E. Cardinale & Epiſcopo Auguſtano inſtitutam.

DIOCÆSAREA, V. E. ſub P. Ieroſolymitano. 151

DIOCLETIANOPOLIS, V.E. ſub P. Ieroſolymitano. 151.

DIOSPOLIS, ſeu GEORGIOPOLIS, quæ & LIDDA, V.E. ſub P. Ieroſolymitano. 151.155

DIVIO, *Dijon*, *Digion*, vrbs primaria Ducatus Burgundiæ,

gundiæ, & Parlamenti à Ludouico XII. Galliæ Rege inſtituti ſedes.

DIVIODVNVM MEDIOMATRICVM, *Metz*, V.E. ſub A. Treuerenſi, olim Regni Lotharingiæ caput, nunc Parlamenti in tractu Moſellæ ſub Francis ſedes.

DIVONA CADVRCORVM, hodie CADVRCVM ad Ortum fl. *Caors*, V.E.ſub M.Bituricenſi. 196

DOLA, *Dole*, vrbs primaria Comitatus Burgundiæ, in D.Veſontionẽſi ſita, habet Academiam à Philippo Bono Burgundiæ Duce ac Comite inſtitutam. In eadem vrbe reſidet prouinciæ Senatus: ſpectatque ad gentem Auſtriam.

DOLVM, *Dol*, V.E.regni Franciæ, ſub A.Redonenſi, in Britanniâ Aremoricâ. Epiſcopus habet ius Pallij, & ideò locum inter Archiepiſcopos habere ſolet. Baldricus certè, Hiſtoriæ Ieroſolymitanę ſcriptor, ſe ipſum nuncupat Archiepiſcopum Dolenſem. 194

DOMINICOPOLIS, ſiue S. DOMINICI ciuitas, *San Domingo*, V. A. in Hiſpaniolâ inſulâ apud Indos Occidentales: cui ciuitati primum Epiſcopum dedit Leo X. vt tradit Petrus Martyr Anglerius, Decadis 2. lib.8. de Orbe Nouo. Archiepiſcopatum poſteà Paulus III. an.1547. eâ in vrbe inſtituit, & quinque ſuffraganeos eſſe voluit, nimirum Conceptionis, Vegenſem, Inſulæ S.Ioannis, Cubæ, & Ciuitatis de Coro Epiſcopos: vt Onuphrius commemorat. 225

DOMITIOPOLIS, V.E. ſub M.Seleucienſi, Tyrio & Leoni Imp. nota. 140

DOROBERNIA ſeu DVROVERNVM, hodie CANTVARIA, *Canterburie*, V.A. Angliæ, & ſedes Pri-

 matis

matis illius regni. Dorobernenſium ſeu Cantuarienſium AA.resgeſtas fuſiſſimè ſcripſit Guilielmus Malmeſburienſis lib. 1. de geſtis Pontificum Anglorum, & poſt illum Marianus Victorius. 217

DORCECESTRIA, villa in pago Oxenfordenſi, & Epiſcopi olim ſedes, quæ inde LINCOLNIAM tranſlata eſt: teſte Guilielmo Malmeſburienſi, lib.4. De geſtis Pontificum Anglorum. 216

DRAMA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 129

DREPANVM, *Trapani*, vrbs Siciliæ maritima, in quâ S. Albertus Carmelita quieſcit.

DRESDA. Vide SAXONIA.

DRIVASTVM ſeu TRIVASTVM, *Driuaſte*, V.E. ſub M. Antibarenſi, Turcis ſeruit. 181

DRISTA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 124

DRVMORIA ſiue DROMORIA, *Drum-more*, V.E. Hiberniæ, ſub A. Armachano. 219

DRYSTRA, M. LXXII. ſub P. Conſtantinopolitano.

DVACVM, *Douay*, ad Scarpum fl. opidum Flandriæ, in d. Atrebatenſi ſitum, habet Academiam, an. 1562. auſpiciis Philippi II. Regis Catholici Belgarumque Principis, inſtitutam.

DVBLINIVM, *Dublin*, regni Hiberniæ metropolis, & Proregis ſedes, titulo Archiepiſcopali ornata eſt an. 1151, auctoritate Eugenij III. Papæ. Academia ſeu Vniuerſitas, vt vulgò vocant, in eâ vrbe anno 1320. inſtituta eſt: vt ex vetuſtis Annalibus Hibernicis, per Camdenum in Britanniæ deſcriptione editis conſtat. 219

DVLCINIVM ſiue DVLCIGNVM, *Dolcigno*, V.E. Illyrici, ſub A. Antiparenſi, tenetur à Turcis. 181

DVMBLANVM, *Dumblain*, V.E. Scotiæ, ſub A. Andreo-

Digitized by Google

dreopolitano. S. Rumoldus Machlinienſium in Belgio patronus fuit Dumblanenſis E. in Scotiâ, non autem Dublinienſis in Hiberniâ, vt arbitror. Argumento ſunt inſignia regni Scotiæ, quæ ſuis gentilitiis in clypeo mixta hodieque vſurpant Machlinienſes Archiepiſcopi. 218

DVMIVM, prope Bracaram in Luſitaniâ, illuſtre monaſterium à S. Martino Dumienſi Abbate circa an. 567. conſtructum, quod in Epiſcopatum poſteà transformatum eſt, ac demum cum Bracarenſi Eccleſiâ copulatum, eique contributum: teſtibus Marianâ lib. 5. Rerum Hiſpaniæ cap. 9. & Loaisâ in Notis ad Conc. Lucenſe.

DVNCKELDA, *Dunckeld*, V. E. Scotiæ, ſub A. Andreopolitano. 218

DVNELMVM, *Durham*, V. E. Angliæ, ſub A. Eboracenſi. Sedes Epiſcopalis huc tranſlata eſt ex Lindisfarnâ inſulâ. Lindisfarnenſium & Dunelmenſium EE. res geſtas proſequitur Guil. Malmeſburienſis lib. 3. de geſtis Pontificum Anglorum. 217

DVNVM, *Downe* vel *Dow-Phadrick*, id eſt, Dunum S. Patricij, V. E. Hiberniæ, ſub A. Armachano. 220.

DVROCORTORVM REMORVM, *Reims en Champaigne*, V. A. regni Galliæ. 195

DYRRACHIVM, *Durazzo*, in Macedoniâ, M. ſub P. Conſtantinopolitano, è regione Brundiſij. 113.120.184

E.

EBRODVNVM ALPIVM MARITIMARVM, ſiue EBRODVNVM CATVRIGVM, *Ambrun*, V. A. in Galliâ. 199

EBRODVNVM caſtrum in finibus Heluetiorum, vulgò *Iuerdun*, in prouinciâ Lugdunenſi quintâ.

EBORA, *Euora*, V.A.& Academia Luſitaniæ: de cuius Antiquitatibus & Epiſcopis ſcripſit Andr. Reſendius Eborenſis. Archiepiſcopatum anno 1541. inſtituit Paulus III. Papa, & primus Archiepiſcopus fuit Henricus S. R. E. Cardinalis, qui Sebaſtiano Rege in Africâ cæſo, regnum poſteà obtinuit. Idem Henricus Academiam inſtituit. 192

EBORACVM, *Yorcke*, V.A. Angliæ. Primus A. fuit Paulinus, qui ab Honorio Papâ pallium accepit. Eboracenſium AA. itemque Epiſcoporum Candidæ Caſæ res geſtas fusè proſequitur Guil. Malmeſburienſis lib. 3. de geſtis Pontificum Anglorum. 217

EBRON ſiue HEBRON, V. olim E. Syriæ, nunc pagus: cuius rudera indicio ſunt frequentiùs vrbem quondam fuiſſe habitatam: teſte Bellonio lib. 2. cap. 87. 155

EBVROVICES vel EBVRONICES, Galliæ populi apud I. Cęſarem MEDIOLANVM AVLERICORVM EBVROVICVM, vulgò EBROICE, *Eureux*, V.E. Normanniæ ad fl. Itonem ſub A. Rotomagenſi. 193

EBVRONES, Galliæ Belgicæ populi, I. Cæſari & aliis veteribus noti, quorum caput hodie eſt Leodium, V. E. ad Moſam fl.

ECBATANA, orum, Mediæ metropolis Ptolemęo, Straboni, Plinio, Curtio, & aliis, ſedes olim æſtiua Regum Perſię, hodie TAVRIS, vt quidam volunt.

ECVLISMA Auſonio, ENCVLISMA ſiue ECCOLISMA,

SMA aliis, *Engouleſme*, V. E. ſub A. Burdigalenſi. 197

EDESSA, *Orfa* vel *Raha*, vrbs Meſopotamiæ, M. ſub P. Antiocheno, deſcribitur à Vitriaco Hiſt. Orient. lib.1. cap.31. 136

EDENBVRGVM, *Edenburg*, regni Scotię metropolis, ac regia, itemque Senatus ſedes.

EDVORVM ciuitas, hoc eſt, AVGVSTODVNVM, *Auſtun*, V.E. ſub A. Lugdunenſi.

EGARA vel EXARA, V. olim E. ſub A. Tarraconenſi, fortè *Gea de los Caualleros* prope Cæſaraugustam. Exſtat Concilium Egarenſe antiquum.

EGABRO vel ÆGABRO, *Cabra*, V. olim E. ſub M. Hiſpalenſi, in Hiſpaniâ.

EGITANIA, rectiùs IGEDITANIA vel IGEDITA, V. olim E. ſub M. Bracarenſi in Luſitaniâ, nunc vicus obſcurus EIDANIA dictus. Epiſcopi ſedes tranſlata eſt Guardiam.

EISTADIVM, *Aichſtet*, V.E. Germaniæ, ſub A. Moguntino. 204

ELBORA CARPETANORVM, hodie *Talauera*, vrbs egregia, in diœceſi Toletanâ ſita, patria Ioannis Marianæ, qui de rebus Hiſpaniæ libros 30. ſcripſit: ab eodem accuratiſſimè deſcribitur lib. 1. cap. 14. Sunt qui contendāt hanc Elboram fuiſſe patriam S. Vincentij martyris: Reſendius & alij volunt Eboram Luſitaniæ fuiſſe. de quâ re vide Marianam lib. 1. cap. 13. Id conſtat, plures olim Elboras fuiſſe. In Notitiâ prouinciarum Hiſpaniæ à Garſiâ Loaisâ cum Concilio Lucenſi editâ, ELBORA eſt V. E. ſub Emeritâ Luſitaniæ Metropoli.

ELENA, Vide ELNA.

ELEV-

ELEVTHERIOPOLIS, V. E. ſub P. Ieroſolymitano. 151

ELI. Vide HELI.

ELIS, vrbs primaria Elidis prouinciæ in Peloponneſo.

ELIBERIS ſiue ELIBERRIS, in eâ Bęticę parte ſita fuit vbi nunc Granata. Argumẽto eſt Granatenſis porta, vicinuſque ei vrbi mons, quibus vulgò *Eluira* nomen faciunt. In hac vrbe habitum eſt Conciliũ Eliberrinum ſeu Eliberitanum an. Chriſti 305. vt Ioannes Mariana & Garſias Loaiſa tradunt, & ſubſcriptiones Epiſcoporum conuincunt: non autem ILLIBERI, quam vulgus hodie *Colibre* vocat, ad Pyrenæi montis radices. Fuit autem ELIBERIS V. olim E. ſub M. Hiſpalenſi: cuius ſedes inde Granatam tranſlata eſt, teſte Baronio. ILLIBERIS autem ſiue CAVCOLIBERIS, *Colibre*, V. quondam E. fuit ſub A. Narbonenſi, eſtque nunc limes Hiſpaniæ verſus Galliam. 189

ELIOCROTA. Vide ELOTONA.

ELIPA, quæ Plinio eſt ILIPA ITALICA, V. olim E. ſub M. Hiſpalenſi, quibuſdam hodie eſt *Niebla*. Alij aliter ſentiunt.

ELNA, *Elna*, olim ELENA & HELENA, vrbs Hiſpaniæ, habet Epiſcopum quondam A. Narbonenſi, nunc Tarraconenſi ſuffraganeum. Obiit in eâ Conſtans Imperator: vt poſt Hieronymum ſcribunt Eutropius & Oroſius. Sunt qui dicunt illam ab Helenâ Conſtantini Magni matre, vel à Conſtante in honorem auiæ conditam. HELLENES certè apud Strabonem eſt vrbs Callaicorum in Hiſpaniâ Tarraconenſi. 189

ELOTONA vel ELIOCROTA, V. olim E. ſub A. Toletano,

tano, à Gothis aut aliis euerſa, hodie *Lorca* dicitur: eſtque ſedes eius Epiſcopalis cum Carthaginienſi vnita. 186

ELVA inſula. Vide ILVA.

ELVICORVM ciuitas, id eſt AVENTICVM, *Auanches*, V.olim E. ſub M. Veſuntionenſi.

ELVSA, *Euſe*, V. olim E. Vaſconiæ, in quâ hodieque ædes Epiſcopales habet Archiepiſcopus Auſciorum. Apud Ioſ. Scaligerum in Notitiâ Galliæ, ELVSATIVM ciuitas, *La ville & pais d'Euſe en Gaſcoigne*, in Aquitaniâ tertia, ſub M. Auſciorum. Vide eiuſdem Lectiones Auſonianas lib. 2. cap. 7.

EMERITA AVGVSTA, hodie *Merida*, ad Anam fl. V.olim A. Hiſpaniæ, cui ſedes olim nouem Epiſcopales fuerunt ſuffraganeæ, *Auila, Salmantica, Elbora, Caurio* ſiue *Coria, Pax* ſeu *Pace, Exonaba, Oliſipo, Caliabria* & *Numantia*: vt tradit Loaiſa in Notis ad Concilium Lucenſe. Ius Metropolitanum in Compoſtellanam Eccleſiam tranſlatum eſt per Calixtum II. Papam. Emeritæ nihil exſtat hodie præter ruinas & magnæ antiquitatis veſtigia. 187

EMET ſiue AMIT, vrbs Aſſyriæ ſeu Chaldææ. Vide AMIDA & AMMÆA. 39

EMISSA ſiue EMESSA, Arabibus hodie *Hamza*, Turcis *Haman* (teſte Bellonio) vrbs Cæle-Syriæ, ſericeo ſtamine abundans, deſcribitur ab eodem Bellonio lib. 2. Obſeru. cap. 97. Fuit M. XIII. ſub P. Antiocheno. 142.

EMDA ſiue EMBDA, *Embden*, emporium celebre ad Amiſię fl. oſtium, caput Emdani Comitatus ſeu Friſiæ Occidentalis in Germaniâ.

EM-

EMLIA, *Emmeley*, V.E. Hiberniæ ſub A. Caſſilieſi. 220

EMONIA. Vide ÆMONIA.

EMPORIÆ, apud Plinium, ſiue EMPVRIÆ, *Ampurias*, vrbs E. maritima, olim ante Maurorum in Hiſpaniam irruptiones, & nunc ſub A. Tarraconenſi.

EMPORIÆ, *Empurias*, V.E. Sardiniæ inſulæ ſub A. Turritano. 173

EPIDAMNVS, Dalmatiæ aut Macedoniæ opidum, quod à Romanis *Dyrrachium* appellatum tradunt Liuius, Strabo, Plinius & Mela. Appianus ex iis duo diuerſa facit opida.

EPIDAVRVS in Parthinis Dalmatiæ populis, hodie *Raguzi* dicitur, vrbs A. & Reſpublica nobilis ex oppoſito Italiæ. 183

EPIDAVRVS in Laconiâ, hodie *Maluaſia*, vini generoſiſſimi ferax, à quâ Cretenſe vinum cum illo certans paſſim Maluaſia vocatur.

EPIDAVRVS in Argolide vicinâ Troezeni, templo Æſculapij nobilis fuit. Ita Scaliger in Notis ad Euſebij Chronicon, de triplici Epidauro.

EPIROTÆ, ſiue ALBANI, Illyrici populi, peculiarem habent linguam, à Græcâ diuerſam: in ſacris tamen ritus Græcanicos ſequuntur, & Græcum etiam idioma callent: teſtis Bellonius lib. 1. Obſeruat. cap. 64.

EPOREDIA, *Iurea*, V.E. Galliæ Ciſalpinæ, ſub A. Taurinenſi, Salaſſiorum caput. 174

EQVESTRIVM ciuitas, id eſt, NEVIDVNVM, *La ville de Nion*, inter Geneuam & Lauſanam.

ERICVSA, Ptolemęo, inſula Æonij maris, non procul à Corcyrâ, hodie *Paxo*, iuxta Bellonium lib. 2. Obſer. cap. 10.

ERO I-

Eroina A. xxxi. ſub P. Conſtantinopolitano.

Erfvrdia vel Erfvrtvm, *Erdfurt*, Thuringię vrbs primaria, totius Germaniæ maxima, ad Geram fluuium, habet Academiam à Bonifacio VIII. an. 1392. priuilegiis ornatam. Habet in eâ vrbe Moguntinus A. ſuum ſuffraganeum ordinariè reſidentem.

Escvlvm. Vide Ascvlvm,

Esernia. Vide Æsernia.

Evchaita, orum, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21. 122

Etrvria ſiue Tvscia, *Toſcana*, ferè tota paret Magno Etruriæ Duci, ſuntque in eą tres vrbes Archiepiſcopales, Florentia, Senæ & Piſa. Ex Duce Florentino Magnus Etruriæ Dux primus anno 1569. creatus fuit Coſmus Medices per Pium V. Papam.

Evboea inſula maris Ægæi, cui vrbs primaria Chalcis olim dicta, hodie *Negroponte* vocatur, vt & inſula tota. Turcæ eam Venetis eripuerunt circa an. 1471.

Evgvbivm, *Eugubio*, V. E. Vmbriæ, lanificio clara.

Evphrates, nobiliſſimus fluuius Meſopotamiæ in Aſiâ, aquas ſuas nomenque in Tigrim euomit, Ptolemęo, Pomponio, & Procopio teſtibus. Ab accolis hodie *Phorat* dicitur, vt tradit Petrus Texera.

Evropa, Orbis terrarum pars nobiliſſima, ab Aſiâ Tanaide fluuio, ab Africâ mari Mediterraneo diſcreta, continet 28. ampliùs regna, præter Romanum Imperium.

Evxinvs pontvs. Vide Pontvs Evxinvs.

EXARA. Vide EGARA.

EVRIPVS M. ſub P. Conſtantinopolitano. 124

EXONAFA, fortè OSSONOBA, V. olim E. Luſitaniæ, ſub M. Emeritâ. Oſſonoba quibuſdam nunc *Stombar*, aliis eſt *Siluis*. Verùm Siluis Epiſcopum habet, cui Oſſonobenſis eccleſia antiqua eſt ſubdita; Stombar verò in eius eſt diœceſi: vt tradit Loaiſa Notis ad Conc. Lucenſe.

EXONIA, *Exceſter*, V. E. Angliæ ſub A. Cantuarienſi. De Exonienſibus, Cridienſibus & Cornubienſibus EE. vide Guil. Malmeſburienſem lib. 2. de geſtis Pontificum Anglorum.

F.

FABIANA. Vide VIENNA.

FALARIS, quæ & FALERIA veteribus, hodie *Falare*, V. olim E. Faliſcorum, à paucis hodie ruſticis incolitur. De Epiſcopatus Falaritani antiquitate agit Ant. Maſſa libro de origine Faliſcorum. In vrbe Falari martyrium fecerunt SS. Gratilianus & Feliciſſima virgo, de quibus in Martyrologio Rom. pridie Idus Auguſti.

FALISCI Etruriæ populi, de quorum origine ac rebus ſcripſit Antonius Maſſa, editus tomo Italię illuſtratæ. Faliſcorum vrbes Epiſcopales fuere *Falaris* & *Galleſium*, & nunc ſunt *Ciuitas Caſtellana* & *Horta*.

FAMAVGVSTA, *Famagoſta*, V.E. inſulæ Cypri, ſub A. Nicoſienſi, olim TAMASSVS dicta, à Turcis an. 1570. obſeſſa & vi expugnata, cum vniuerſâ inſulâ. 182

FANVM FORTVNÆ, *Fano*, V. E. Vmbriæ maritima, ditionis Pontificiæ, in prouinciâ Romanâ. 160

FANESTRIA, *Faneſtria*, V.E. ditionis Pontificiæ, ſub A. Rauennate. 161

FAVENTIA, *Faenza*, V.E. Æmiliæ, vaſorum fictilium factura nobilis, ſub A. Rauennate. 161

FAVSINA. Vide PHAVSANIA.

FELTRIA. *Feltre*, V.E. ditionis Venetæ, ſub P. Aquileienſi. Antonino eſt vrbs Rhœtiæ. 179

FERENTINVM, *Fiorentino*, V.E. Hernicorum in Latio antiqua, Anagniæ vicina, in colle arduo poſita. Ferentini ſepultus eſt S. Cæleſtinus V. Papa, ord. Cæleſtinorum fundator. Spectat autem Ferentinum ad prouinciam Romanam, & ditionem Pontificiam. 159

FERENTVM, quod & FERENTIVM & FERENTIA, FERENTO, patria Othonis Imperatoris, V. olim E. Etruriæ, inter Faleriam & Viterbium, ob hæreſim à Viterbienſibus ſolo æquata iacet. Eius ruinę inter Vicorchianum & Montem Flaſconium ſpectantur. & vulgò *Ferento* nuncupantur: teſte Antonio Maſsâ libro de origine Faliſcorum.

FERETRANVM. Vide LEOPOLIS & MONS FERETRANVS.

FERNA, *Ferns*, V.E. Hiberniæ ſub A. Caſſilienſi. 220.

FERRARIA, *Ferrara*, vrbs Epiſcopali & Ducali titulo illuſtris, quam Principes Ateſtini diu tenuerunt, nunc ditionis eſt Pontificię. 161

FESEVM ſeu VISEVM, *Viſeo*, V.E. Luſitaniæ. olim & nunc ſub A. Bracarenſi. 191

FESVLÆ & FÆSVLÆ, *Fieſole*, V.E. Etruriæ antiquiſſima ſub A. Florentino: cuius adhuc ædes aliquot exſtant, itemque templum cathedrale, ad duo millia paſſuum à Florentiâ. Ex eius ruinis

X 2 miri-

mirificè creuit Florentia, anteà obſcura. 175
FICODE hodie *Ceruia*, V. E. Æmiliæ ſeu Galliæ Togatæ, ſalis copiâ nobilis, ſub A.Rauennate. 161
S.FIDEI ciuitas, *Santa Fé de Bogota*, in Nouo regno Granatenſi, in cõtinenti ſita, (quod eſt pars Americę Meridionalis) Pro-regis Hiſpani & Senatus ſedes, V.A.cui ſuffraganei ſunt Epiſcopi Carthaginienſis & Popaianẽſis, vt arbitror. In vrbe S.Fidei eſt inſigne collegium cathedrale Canonicorum, item collegium Soc. IESV, & monaſteria Dominicanorum, Franciſcanorum, & Auguſtinianorum, cum aliquot monialium cœnobiis. Dicitur autem vrbs S.FIDEI DE BOGOTA, ad diſcrimen alterius opidi S. FIDEI, quod in eâdem Americâ Septemtrionali ad mare ſitum, haut procul ab opido Cumanâ, ex oppoſito Margaritæ inſulę, margaritis gemmiſque ditiſſimæ.
FIDENTIA IVLIA. Vide IVLIA.
FIRMVM & FIRMIVM, *Fermo*, V.A.Piceni, veteribus nota: de quâ vide Franciſci Adami Fragmentorum libros duos, Romæ an.1592. editos. 162
FLANDRIA, *Vlaenderen*, *Flandres*, inter Belgij ſeu Germaniæ inferioris prouincias XVII. ampliſſima, Comitatus titulo nobilis, habet vrbes Epiſcopales quattuor, Gandauum, Brugas, Ipras, & Tornacum. De Flandriâ eiuſque Comitibus ſcripſere Iac. Meyerus & Iac. Marchantius. 201
FLORENTIA, *Fiorenza*, FLVENTIA olim dicta, Magni Etruriæ Ducis ſedes, olim Epiſcopum habuit qui Romanę prouincię cenſebatur. Gaudet nunc dignitate Archiepiſcopali, beneficio Martini V. anno 1421. Reipublicæ forma non ſemel apud Florentinos eſt immutata, donec tandem auctoritate

ritate Caroli V. Imp. Mediceis vrbis dominatus ceſſit, qui an. 1530. Alexandrum Medicem, generum ſuum, primum Florentiæ Ducem creauit. De rebus Florentinis ſcripſere Nic. Machiauellus, Leonardus Aretinus, Fr. Contarenus, Iac. Poggius, & alij. Vide ETRVRIA.

FLOROPOLIS ſiue INDICIACVS, *Sainct Flour*, V. E. in monte edito, ſub A. Bituricenſi. Epiſcopatum ex Claromontenſi delibatum inſtituit Ioannes XXII. anno 1317. teſte Martino Polono. 196

FLVSSA. Lege ELVSA, de quâ ſuprà.

FORMIÆ, *Mola*, V. olim E. Companię maritimæ: cuius loci Epiſcopatus Caietam vrbem viciniam tranſlatus eſt. Formiarum veſtigia adhuc monſtrantur ad oram maris, ex quarum ruinis *Mola* pagus eſt conſtructus. Vide Baronium in Notis ad Martyrol. Rom. 2. Iunij.

FORTVNATÆ inſulæ. Vide CANARIÆ.

FORVM CORNELII, *Imola*, V. E. Æmiliæ, ſub A. Rauennate. 161

FORVM-IVLII, *Ciuidal d'Auſtria*, vrbs Carnorum, ad Natiſonem fluuium: à quâ regio Forum Iulium, *Friuoli*, nomen accepit.

FORVM IVLIVM, Octauianorum Colonia, *Ferieuls*, V. E. Prouinciæ ſub M. Aquenſi, in regno Galliæ. 198.

FORVM-LIVII, *Forli*, V. E. Æmiliæ ſeu Romandiolę ſub A. Rauennate. 161

FORVM-POPILII, *Forlimpopoli*, V. olim E. Æmiliæ: cuius ſedes Epiſcopalis BRITINORIVM, *Brentinore*, vrbem proximam eſt tranſlatus, & ſubeſt A. Rauennati. 161

FORVM-SEMPRONII, *Foſſanbruno*, V. E. ſub A. & Duce Vrbinate. 178

FOSSA NOVA, *Foſſa noua*, monaſterium ord. Ciſtercienſis in Latio quinquaginta millibus paſſuum ab Vrbe Româ diſtans, nunc pęnè collapſum iacet. Obiit in eo S. Thomas Aquinas.

FOSSANVM, *Foſſano*, vrbs ditionis Pedemontanæ, per Gregorium XIII. accepit Epiſcopum A. Taurinenſi ſuffraganeum. 175

FRANCIA: Vide GALLIA.

FRANC-ARMENI populi Chriſtiani, ritus Latini, in Aſiâ.

FRANCOFVRTVM, *Francfurt*, ad Mœnum fl. vrbs Imperialis, diœceſis Moguntinæ, nundinis annuis, vernalibus & autumnalibus totâ Europâ notiſſimum.

FRANCOFVRTVM, *Francfurt*, ad Viadrum ſiue Oderam fl. vrbs & Academia, in Marchionatu Brandeburgenſi. Vide BRANDEBVRGVM.

FRANEQVERA, Vide FRISIA OCCIDENTALIS.

FREQVENTVM, *Fricenti*, V. E. regni Neapolitani, ſub A. Beneuentano: cuius loci Epiſcopatus cum Abellinate eſt coniunctus.

FRIBVRGVM BRISGOIÆ, *Friburg*, vrs & Academia Catholica, gentis Auſtriæ, apud Heluetios.

FRISIA OCCIDENTALIS, *Weſt-Vrieſlandt*, vna ex XVII. Prouinciis Germanię inferioris: cuius metropolis eſt LEOVARDIA, *LeeuWaerden*, Epiſcopali dignitate anno 1559. à Paulo IV. aucta, ſub A. Vltraiectino. Eſt in eadem prouinciâ & FRANEQVERA, *Franeker*, opidum Academiâ celebre. De rebus Friſiis ſcripſere Suffridus Petrus, Cor-

Cornelius Kempius, Vbbo Emmius, & Bernardus Furnerius. 202

Frisia Orientalis; *Ooſt-Vrieſlandt*, cuius caput eſt Embda, emporium nobile, ad Amiſiæ fl. oſtium, habet proprium Comitem.

Frisinga, *Friſinghen*, V. E. Bauariæ ſub A. Saliſburgenſi, medio ferè itinere inter Monachium & Landishuetam ſita; primum Epiſcopum habuit S. Corbinianum, à Gregorio II. circa annum 710. in Bauariam miſſum. Diœceſim atque Epiſcopatum petēte Adilone Boioariorum Duce propriè conſtituit S. Bonifacius A. Moguntinus: de cuius Epiſcopatus initiis ac progreſſu ſcripſit an. 1187. Cõradus Friſingenſis Canonicus; quem alij poſteà vſque ad an. 1521. continuarunt. Eiuſdem vrbis Epiſcoporum res geſtas poſtremò deſcripſit Viguleus Hundius in ſuâ Metropoli Saliſburgenſi.

Fvlda, *Fuld*, vrbs Germaniæ, in quâ eſt nobiliſſima Abbatia ord. S. Benedicti, à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino fundata: cuius Antiquitates libris IV. deſcripſit Chriſtophorus Brouuerus, Soc. Iesv Preſbyter.

Fvlginivm, quod & Fvllinivm, *Fuligno*, V.E. Vmbriæ, in prouinciâ Romanâ. 159

Fvnchalvm, *Funchal*, V. E. Maderæ inſulæ, ſub A. Oliſiponenſi. 191

Fvndi, *Fondi*, V. E. antiqua Latij, in viâ Appiâ, gaudet titulo Comitatus. 164

Fvrconivm, *Forcono*, V. olim E. Aprutij, cuius rudera adhuc monſtrantur ex aduerſo Amiterni, vrbis quoque dirutæ.

G.

GABALORVM ciuitas, *le pais de Ginauldan*, ſub M. Bituricenſi. Vide MIMATES.

GABALA, orum, *Gable*, Leonardo Abeli Epiſcopo Sidonienſi, A. ſub P. Antiocheno, Syriæ-cauæ opidum Ptolemęo, GABALVM Vitriaco lib. 1. cap. 44. 143

GABVLA, *Gebule*, Leonardo E. Sidonienſi A. ſub P. Antiocheno. 143

GADES, inſula cum vrbe cognomine, *Cadiz* Hiſpanis, *Calis malis* noſtratibus, habet Epiſcopum Hiſpalenſi A. ſuffraganeum, 188

GALATA ſiue PERA, vrbs Thraciæ, ex oppoſito Conſtantinopoleos, in quâ Legati Principum Europæorum, & alij homines Chriſtiani, ritus Latini, ferè agunt.

GALLESIVM, *Galeſe*, V. olim E. Faliſcorum, Ducatus titulo hodie nobilis, quo gaudet familia Comitum Altempſiorum. Epiſcopatũ Galleſinum cum Epiſcopatu Ciuitatis Caſtellanę Alexander IV. Papa, XIV. Kal. Februarij, anno Pontificatus ſui primo coniunxit. Sic poſteà Eugenius IV. Ciuitatis Caſtellanæ & Ortæ ſeu Hortæ Epiſcopatus copulauit: Quamobrem Galleſij titulus quodammodò emortuus eſt: vt tradit Antonius Maſſa libro de origine & rebus Faliſcorum. Hauț procul à Galleſio in æde celebri quieſcit *S. Famianus*; patriâ Colonienſis, ex ordine Ciſtercienſi, cuius vita exſtat ms. in maioris templi libro, quem Horarium vocant: teſte eodem Maſſâ. Corpus eius integrum adhuc viſitur, maximo concurſu ac veneratione populorum. 159

GALLIA, quà Francia eſt, & Regi Chriſtianiſſimo paret,

paret, *Le Royaume de France*, complectitur diœceſes centum & ſeptemdecim : in quibus ſunt CIII. Epiſcopatus,& XIV. Archiepiſcopatus. Sub A. Lugdunenſi ſunt Epiſcopatus quattuor, ſub Rotomagenſi ſex, ſub Turonenſi vndecim, ſub Senonenſi ſeptem, ſub Remenſi octo, ſub Bituricenſi vndecim, ſub Burdigalenſi nouem, ſub Auſcenſi decem, ſub Narbonenſi nouem, ſub Aquenſi quinque,ſub Viennenſi quattuor, ditionis Francicę;ſub Ebrodunenſi quinque, ditionis eiuſdem; ſub Arelatenſi tres, ditionis eiuſdem; ſub Toloſano ſeptem : vt lib.4. cap.14. oſtendimus. His adde Metenſem, Tullenſem, Virdunenſem, ac Bellicenſem Epiſcopatus, & reperies diœceſes CXVII. hodie ditionis Francicæ. Præter iſtas, ſunt alię quinq;intra fines quidem imperij Gallicani, ſed tamen extra ditionem Regis Chriſtianiſſimi : quattuor nempe in Comitatu Venuxino ſiue Auenionenſi,& vna extra Comitatum, videlicet Arauſionenſis. 193.& ſeqq.

GALLIPOLIS, *Gallipoli*, V.E. regni Neapolitani, ad mare Adriaticum ſub A. Hydruntino. in Diſpoſitione Leonis Imp. dicitur CALLIPOLIS. 167

GAMONAL. Vide AVCA.

GANDAVVM, *Gant*, *Gent*, V.E. Flandriæ ampliſſima, ſub A. Machlinienſi, patria Caroli V. Imperatoris, ad Scaldis, Liuiæ & Liſæ confluentes. Epiſcopatum an. 1559. Paulus IV. inſtituit. Primus Epiſcopus fuit Corn. Ianſenius, ſecundus Guil. Lindanus, Theologi ſcriptis clari, à nobis in Elogiis Belgicis celebrati. 201

GANDIA, *Gandia*, vrbs regni Valentini in Hiſpaniâ, Ducatus titulo clara, gentis Borgiæ, habet Aca-

demiam à Franciſco Borgiâ, primùm Gandiæ Duce, pòſt tertio Societatis Iesv Pręposito Generali, excitatam.

Gangra ſiue Gangræ, plurali numero, vrbs Paphlagoniæ, in Aſiâ minore: in quâ celebratum eſt Concilium Gangrenſe, temporibus Silueſtri Papæ, & Conſtantini Imp. 106, 117

Garella A. xviii. ſub P. Conſtantinopolitano: in Leonis Imp. Diſpoſitione. 29

Garvmna, Aquitaniæ fluuius, vulgò *Garonne* vel *Gironde*.

Garzala, *Garzala*, V. E. Illyrici ſub A. Raguſino. 183

Gaza, V. E. ſub P. Ieroſolymitano. 151

Gazara, vrbs Terræ ſanctæ, muris non eſt cincta, ſed habet veterem arcem, cui Sangiacus Turcicus præeſt: vt tradit Bellonius lib. 2. Obſeruationum cap. 79.

Gebenna multi ſcribunt, ſed malè. Scribendum Cebenna per C, *Les Cebenes & Ceuenes*: vt monet Scaliger in Notitiâ Galliæ.

Geldria, *Geldre*, vna ex xvii. Germanię inferioris prouinciis, Ducatus titulo clara, Rheno, Vahali & Moſâ fluminibus irrigua: cuius vrbes primarię ſunt Arnhemium, Nouiomagum, & Ruremunda V. E. ad Moſam. De rebus Geldricis exſtat breue Chronicon Henrici Aquilij: ampliores de iiſdem commentarij à Lontio exſpectantur. 201

Genabvm Avrelianorvm, Ioſ. Scaligero & Papirio Maſſono, *Orleans*, V. E. & Academia ſub A. Senonenſi, ad Ligerim fluuium. Aliis Genabum eſt is locus vel opidum, quod *Giemum* in ripâ Ligeris poſitum vocant, cuius agrum ſuburbanum

banum incolæ veterem Genabiam appellant. Iſidoro, Vſuardo & aliis noti ſunt AVRELIANI.

GENEVA, *Geneue*, V.E. in prouinciâ Viennenſi primâ, ſub A. Viennenſi. Mediam corripi debere, vt in Eluſâ, monet Scaliger in Notitiâ Galliæ. Epiſcopus reſidet Aneſſiaci in Sabaudiâ, ex quo Geneua à Nouatoribus eſt occupata. 199

GENVA, *Genoua*, *Gennes*, V.A. Liguriæ caput, emporium nobiliſſimum ad mare Mediterraneum, Reſpublica præpotens, aliquando ad Tanaim vſque imperij ſui fines produxit. Nam olim Theodoſiam, vulgò Caffam, Cyprum, Leſbum & Chium inſulas, itemque Peram vrbem Thraciæ ex oppoſito Conſtantinopoleos ſitam poſſedit. Hodie toti ferè Liguriæ & Corſicæ inſulæ imperat, Archiepiſcopatum an. 1130. aut 1132. Innocentius II. inſtituit. De rebus Genuenſium ſcripſere Auguſtinus Iuſtinianus, Barth. Facius, Iac. Bracellius, Iacobus à Varagine, Paulus Interianus, Petrus Bizarus, & omnium elegantiſſimè Vbertus Folieta. Genuenſes mercaturâ & negotiationibus potentiſſimi, per omnes ferè orbis prouincias magnum ſibi nomen ac diuitias compararunt. 177

GEORGIANI, veteribus IBERI ASIATICI, homines Chriſtiani. 53

GEORGIOPOLIS ſiue LIDDA, V.E. ſub P. Ieroſolymitano. 151. 155

GERDICA, M. ſub P. Conſtantinopol. 122

GERENTINVM, V. E. regni Neapolitani, ſub A. S. Seuerinæ. 170

GERGOVIA, apud I. Cæſarem: cuius veſtigia quædam ſuperſunt, cum veteri appellatione, aliquot

ſtadiis

ſtadiis ab vrbe Claromontenſi Aruernorum.

GERMA A. XXVIII. ſub P. Conſtantinopolitano: in Leonis Imp. Diſpoſitione. 23

GERMANIA, *Duytſlandt*, *Allemaigne*, quà Romanũ complectitur Imperium, habet ſex hodie Archiepiſcopatus, Moguntinum, Colonienſem, Treuerenſem, Magdeburgenſem, Saliſburgenſem, & Bremenſem, præter Pragenſem in Bohemiâ, & Veſuntionenſem in Burgundiâ. Ante ætatem S. Bonifacij Moguntini Archiepiſcopi, diœceſes Epiſcoporum ad Rhenum, iuxta prouinciarum Romanarum diſtinctionem, tantùm in Gallicâ Rheni ripâ diſtributæ erant. Is ſupremus Germanicarum Eccleſiarum inſpector à Gregorio II. Papâ deſignatus, Saliſburgẽſem, Ratiſbonenſem ac Friſingenſem diœceſes primus diſtribuit, ad hæc Eiſtadienſem Epiſcopatum an. 745. & Herbipolenſem an. 751. inſtituit. Deuictis poſteà Saxonibus, Carolus Magnus Imp. Oſnabrugæ an. 776. deinde Halberſtadij, Monaſterij, Verdæ, Bremæ an. 788. Mindę, Hildeſiæ, & Paderbornę Epiſcopatus fundauit ac dotauit. Caroli exemplo, Henricus Auceps Imp. Miſnæ & Merſburgi; Otho Magnus, Aucupis Filius, Brandeburgi & Hauelburgi an. 946. & ſexto pòſt anno in Cimbricâ Cherſoneſo, Sleſuici, Ripæ, Arhuſię, Aldeburgi (vnde Lubecam poſteà Henricus Leo ſedem transtulit) Baſilicas Cathedrales condiderunt. Mechelburgi, in Ducatu Megapolitano, Epiſcopatum (quem Henricus Leo Suerinæ collocauit) Albertus A. Bremenſis an. 1062. inſtituit. Magdeburgenſem cathedram, ex Valleſlebiâ Luneburgenſis agri opido iſtuc tranſ-

latam

latam Otho Magnus an. 967. Archiepiſcopali dignitate & Germaniæ Primatu, per Benedictum VI. ornandam curauit. Ex dictis ſex Germaniæ Metropolibus duas, Magdeburgenſem & Bremenſem, & vicinos illis in veteri Saxoniâ, cis & vltra Viſurgim, Epiſcopatus decem Albertus Crantzius, à primâ ſingulorum origine, enumeratâ Antiſtitum ſerie, vſque ad annum Chriſti 1500. in ſuâ Metropoli deſcripſit. Cuius ſcriptionem excepit Dauid Chytræus, profeſſione Lutheranus. 203. & ſeqq.

GERMANIA INFERIOR, ſiue BELGIVM, Hiſpanis, Italis, Gallis, aliiſque exteris *Flandres*, noſtris *Nederlandt*, vel *Le pais bas*, complectitur Archiepiſcopatus tres, Machlinienſem, Cameracenſem, Vltraiectinum: & Epiſcopatus quindecim, Antuerpienſem, Brugenſem, Gandenſem, Iprenſem, Ruremundenſem, Siluiducenſem, Atrebatenſem, Tornacenſem, Audomarenſem, Namurcenſem, Dauentrienſem, Groningenſem, Harlemenſem, Leouardienſem, & Middelburgenſem. Sic diœceſes per Germaniam Inferiorem an. 1559. Paulus IV. diſtribuit petente Philippo II. Rege Catholico, Belgarumque Principe; ante cuius ætatem non niſi quattuor in Belgio noſtro Epiſcopatus erant, Cameracenſis, Atrebatenſis, Tornacenſis & Vltraiectinus. Ceterùm Germaniæ inferioris Prouinciæ XVII. ſunt iſtæ: Brabantia, Limburgum, Lutzēburgum, Geldria, Flandria omnium ampliſſima, Arteſia, Hannonia, Hollandia, Zelādia, Namurcum, Zutphania, Marchionatus S. Imperij, Friſia, Machliniæ, Vltraiectum, Tranſiſulana, & Groninga; de

de quibus fusè Lud. Guicciardinus. 201

GERMANICEA ſiue GERMANICIA, aliàs CARMANIA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21

GERMANICEA, *Mercex* Leonardo E. Sidonienſi, A. ſub P. Antiocheno. 143

GERMANICOPOLIS, V.E. ſub M. Seleucienſi, Turio & Leoni Imp. nota. 140

GERMIA, orum, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 29. 122

GERVNDA, *Girona*, V.E. Cataloniæ, iam olim & nunc ſub A. Tarraconenſi. 189

GESSORIACVS. Vide TEROANA, & ITIVS.

GIENNIVM, *Jaen*, olim AVRIGIS, V.E. Hiſpanię, ſub A. Toletano. Alij volunt Aurigim hodie eſſe Arionam. Mariana certè dubitat lib. 2. de rebus Hiſp. cap. 16. 186

GIRACVM, *Gieraci*, V.S. Calabrię, ſub A. Rhegienſi. Vide LOCRI. 169

GLANDEVA Maſſono, GLANDATE vel GLANNATE Scaligero in Notitiâ Galliæ, hodie *Glandeues*, V.E. ſub A. Ebrodunenſi. 199

GLASCVA ſiue GLASGVA, *Glaſguo*, V. A. Scotiæ, habet Academiam à Turnbulo Epiſcopo Glaſcuenſi an. 1454. inſtitutam: vt Hector Boëthius hiſtoriæ lib. 18. teſtatur. Archiepiſcopatum inſtituit Sixtus IV. Papa, niſi fallor. 218

GLENDELACVM, *Glendalagh*, V. E. Hiberniæ, ſub A. Dublinienſi. 220

GLOSCESTRIA, *Gloſcheſter*, V. E. Angliæ ſub A. Cantuarienſi. 216

GNESNA, V. A. & caput regni Poloniæ, ſedeſque regia, in cuius Baſilicâ cathedrali quieſcit corpus S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis. 211

GNOS-

Gnossos, Minois aliquando regia, V.E, Cretæ inſulæ, temporibus Imp. Leonis. 110

Goa, *Goa*, Metropolis totius Indiæ Orientalis, in inſulâ cognomine ſita. vrbem dignitate Archiepiſcopali auxit Paulus IV. 225

Gothia, Germanicè *Gotlandt*, inſula maris Balthici, ſpectat ad Daniæ Regem, qui hodieque ſe ſcribit Gothorum Wandalorumque Regem. Ex eâ namque inſulâ & vicinis prouinciis olim Gothi & Wandali prodierunt. De rebus ac Regibus Gothicis ſcripſere Agathias, Caſſiodorus, Iornandes, Procopius, Sidonius Apollinaris, Iſidorus, Ioannes & Olaus Magnus.

Gotthia A. xxxiv. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

Græcia, omnium pænè artium ac ſcientiarum olim inuentrix ac cultrix, hodie maximâ ex parte Turcarum tyrannide oppreſſa iacet. Veneti partem aliquam poſſident, ſed ferè in mari, vel ad mare. De hodiernis Græcorum moribus fusè Bellonius Obſeruationum lib.1.cap.3.& ſequentibus. Græcanicarum Eccleſiarum ſtatum ſub imperio Turcico, iam inde ab expugnatâ Conſtantinopoli vſque ad hæc tempora, fusè deſcribit Martinus Cruſius in ſuâ Turco-Græciâ, ſed cautè legendâ.

Granata, *Granada*, V. A. Hiſpaniæ, an. 1492. Mauris erepta, habet Academiam inſignem. Archiepiſcopatum inſtituit Alexander VI. Papa. De regni Granatenſis initiis vide Marianam lib.13.cap.1. 189

Grandis Mons, *Granmont*, Abbatia D. Lemouicenſis in Galliâ, & caput ordinis Grandimontenſis

tenſis, fundati à S. Stephano Abbate, qui anno 1056. obiit.

GRASSA, *Graſſe*, V. E. Galliæ ſub A. Ebroducenſi, diſtat tribus leucis ab ANTIPOLI, vnde ſedes Graſſam tranſlata eſt ob maris viciniam, & quotidianas piratarum incurſiones. Vide ANTIPOLIS. 199

GRATIANOPOLIS, *Grainoble*, V. E. ad Iſaram fl. ſub A. Viennenſi, in quâ reſidet Parlamentum Delphinatus, à Carolo VII. Galliarum Rege inſtitutum. Sic dicta eſt ab Imp. Gratiano, cùm anteà CVLARO vocaretur. 199

GRAVINA, *Grauina*, V. E. regni Neapolitani, ſub A. Materano, gaudet titulo Ducatus. 166

GRIFVVALDIA ſiue GRIFVVALDIVM. Vide POMERANIA.

GRONELANDIA ſiue GRONLANDIA, *Groenlandt*, inſula Oceani Septemtrionalis, ſolet habere Epiſcopum Nidroſienſi A. in Noruegiâ ſuffraganeum. 221

GRONINGA, *Groeninghen*, V. E. apud Friſios, ſub A. Vltraiectino. Epiſcopatum an. 1559. Paulus IV. inſtituit. De vrbe & agro Groningano ſcripſit Vbbo Emmius. 202

GROSSETVM aliàs ROSETVM, *Groſſeto*, V. E. Etruriæ, ſub A. Senenſi. 176

GVADICIVM, *Guadix*, V. E. Hiſpaniæ, ſub A. Hiſpalenſi: vt ex Guadicenſis Eccleſiæ monumentis ad Vrbem miſſis accepimus. Quapropter miror à Loaiſâ in Notis ad Conc. Lucenſe, vbi de *Acci* agit, Guadicenſem E. ſub A. Granatenſi collocari. Vide ACCI. 188

GVARDIA, *Guarda*, V. E. Luſitaniæ ſub A. Bracarenſi,

tenſi. Sedes E. ex IGÆDITA huc tranſlata eſt. Vide IGÆDITA.

GVARDIA ALFERIÆ, *Guardia Alfana*, V. E. ſub A. Beneuentano. 171

GVATIMALA, *Guatimala*, V. E. Indiæ Occidentalis, ſub A. Mexicano. 225

GVINEA, Æthiopiæ Occidentalis regio, ab vrbe celeberrimâ *Genne*, ad Zanagam fl. ſitâ, ſic dicta, quamquam Zonæ mediæ fermè ſubiecta flagrantiſſimo ſole torretur, non tamen idcircò (vt falsò priſci putarunt) ab incolis eſt deſerta, quin imò plurimos numerat populos, nigro omnes colore. Ex oppoſito Guineæ iacet inſula & vrbs S. THOMÆ, ſub lineâ Æquinoctiali, quæ Epiſcopum habet Oliſiponenſi A. ſuffraganeum. Guineam Luſitani ſuis armis ſubegerunt. 192

GVRCVM, *Gurcz*, *Goritz*, V. E. Germaniæ, ſub A. Saliſburgenſi. Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Gebhardus A. Saliſburgenſis circa an. 1073. Antiſtitum res geſtæ leguntur apud Lazium, lib. 12. de Repub. Romanâ. 207

H.

HADRIA ſiue ADRIA, *Atri*, V. E. Aprutij, Ducatus titulo illuſtris, ſub A. Theatino, in regno Neapolitano. Sedes Aterno huc tranſlata eſt. Vide ATERNVM. 168

HADRIA ſiue ADRIA, in Tranſpadanis, *Atri*, à quâ dictum volunt mare Hadriaticum, V. E. Venetiæ antiquiſſima, ſub A. Rauennate, à paucis nunc piſcatoribus incolitur. Epiſcopus in opido Rodigio reſidet. 161

HADRIANOPOLIS, noſtris *Andrinopoli*, Turcis *Endrem*,

drem, vrbs Thraciæ, ſita ad confluentes Marizæ ſeu Hebri & fluuiolorum Timſæ & Hardæ: qui ſimul deinde ſuum curſum in mare Ægæum deflectunt. Hæc vrbs priuſquam ab Imp. Hadriano nomen & incrementum acciperet, VSCADA & ORESTA vocabatur. Ita Buſbequius in Itinere Conſtantinopolitano. Hadrianopolis fuit olim M.ſub P. Conſtantinop. 113.127

HAFNIA, vulgò COPPENHAGA, *Coppenhagen*, regni Daniæ metropolis, Regia & Academia. 221

HALBERSTADIVM, *Halberſtadt*, V. E. Germaniæ ſub A. Moguntino. Eius vrbis Epiſcoporum res geſtas ſcripſit Albertus Krantzius in ſuâ Metropoli, & Gaſpar Neopharitus, ſed cautè legendus, vtpote profeſſione Lutheranus. Sedes Epiſcopalis primum in *Salingſtede* an. 770. collocata fuit: inde tranſlata fuit Halberſtadium an. 819. 204

HALEPVM ſiue ALEPPVM, *Aleppo*, totius Orientis maximum emporium, quod veterum Hierapolin eſſe nonnulli exiſtimant: ſed Gyllius, Bellonius, & Leonardus Abel Berrœam eſſe cenſent. In Aleppo, incolis *Hhaleb*, verſantur & mercaturam hodie exercent Græci, Mauri, Iudæi, Turcæ, Armenij, Veneti, Lucenſes, Franci, Angli, Belgæ, & aliæ nationes: vt Petrus Texera in ſuo Itinerario Orientali lib. 9. & Bellonius lib. 2. Obſer. cap. 103. commemorant.

HAMBVRGVM, *Hamburg*. V. olim A. Germaniæ, emporium hodieque celeberrimum. Sedes A. inde Bremam an. 850. tranſlata eſt per S. Anſgarium Archiepiſcopum, Ludouico Germaniæ Rege probante. Hamburgenſium & Bremenſium AA. res geſtæ peti poterunt ex Alberti Krant-

Krantzij Metropoli, M. Adami Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, & ex anonymi Hiſtoriâ Bremenſium Archiepiſcoporum, editâ per Raphelengiũ Lugduni Batauorum ex Bibliothecâ Rantzouianâ. 208

HAMMARIA, *Hammar*, V.E. Noruegiæ, ſub A. Nidroſienſi. 221

HARLEMVM, *Harlem*, V.E. Hollandiæ ſub A. Vltraiectino, auctoritate Pauli IV. an. 1559. 202

HASTA POMPEIA, aliàs ASTA, *Aſte*, V.E. ſub A. Mediolanenſi, in Principatu Pedemontano. 174

HAVELBVRGVM, *Hauelburg*, V.E. ſub A. Magdeburgenſi, ad Hauelum fl. in Marchionatu Brandeburgenſi ſita. 206

HAVGVSTALDEMIVM, *Hauguſtaldem*, V. olim E. ſub A. Eboracenſi in Angliâ: cuius loci Epiſcopos recenſet Guil. Malmeſburienſis lib. 3. de rebus geſtis Pontificum Anglorum. Epiſcopatus deſiit, loco à Danis vaſtato. Hauguſtaldem eſt nunc villa A. Eboracenſis.

HEBRIDES, *Jlles*, inſulæ verſus Occaſum Scotiæ adiacentes: quarũ Epiſcopus, Glaſcuenſi A. ſuffraganeus, ſedem habet in S. COLVMBI opido. 219

HEBRON. Vide EBRON.

HEIDELBERGA, *Heidelberg*, vrbs Germaniæ in Palatinatu Rheni, habet Academiam à Ruperto Comite Palatino circa an. 1346. erectam.

HEDVI. Vide EDVI & AVGVSTODVNVM.

HELENA. Vide ELNA.

HELI, ſtagnantium inſularum maxima, ab anguillarum copiâ ſic dicta: vt ex Bedâ refert Guil. Malmeſburienſis lib. 4. de geſtis Pontificum Anglorum. Hinc Helienſis ſiue Elienſis Epiſcopatus, Cantuarienſi A. ſuffraganeus: de cuius

initiis conſule eumdem Malmeſburienſem. 216

HELIOPOLIS, E. ſub P. Conſtantinopolitano: nam Metropolitanus Barnæ eſt & Antiſtes Heliopoleos. 128

HELIOPOLIS, *Beaalbeck*, Leonardo Epiſcopo Sidonienſi, eſt Metropolis autocephala 11. ſub P. Antiocheno. 142

HELMÆSTADIVM, *Helmſtadt*, vrbs Germaniȩ & Academia, in Ducatu Brunſuicenſi.

HELVETII, *Suiſſes*, *Switſers*, populi veteribus noti: de quorum antiquitatibus ac rebus, poſt Ioſiam Simlerum & alios, doctiſſimè ſcripſit Franciſcus Guillimannus, profeſſione Catholicus. 204

HELVII, Galliæ populi veteribus noti, *Le pais de Viuarais*. ALBA HELVIORVM, apud Plinium, hodie *Aubenas*, in D. Viuarienſi. 199

HERACLEA, *Gibraltar*, vrbs Hiſpaniæ in freto Herculeo ſita, ex quâ breuiſſimus in Africam traiectus.

HERACLEA, *Heraclea*, vrbs Thraciæ, ad littus Propontidis ſita, deſcribitur à Bellonio lib. 2. Obſeruat. cap. 2. Hæc ipſa Heraclea, niſi fallor (fuerunt enim plures olim eiuſdem nominis vrbes) fuit Metropolis 111. temporibus Leonis Imperatoris. Nam inter Epiſcopos Heracleenſi M. ſuffraganeos numerantur Rhædeſtinus, Callipolitanus & Chalcidenſis. Rhædeſtus autem & Callipolis, vt & Heraclea, vrbes ſunt Propontidis; Chalcis verò inſula eſt eodem in ſinu maris ſita. Vide PERINTHVS. De Republicâ Heracleenſium ac rebus Ponticis exſtat Emmonis hiſtoria. 103

HERBIPOLIS, *Wirtzburg*, V.E. Franconiæ in Germaniâ, ſub A. Moguntino, habet Academiam noſtrâ

noſtrâ ætate à Iulio E. excitatam. Epiſcopatum, auxilio Pipini Francorum Regis, an. 651. fundauit S. Bonifacius A. Moguntinus, primo Antiſtite S. Burcardo ibi ordinato. Herbipolenſis E. gaudet titulo Ducis Franconiæ ſeu Franciæ Orientalis, 103

HEREFORDIA, *Hereforde*, V.E. Angliæ trans Sabinam, in confinio Wallenſium, ſub A. Cantuarienſi. Epiſcoporum res geſtas proſequitur Guil. Malmeſburienſis lib. 4. de geſtis Pontificum Anglorum, 216

HERMANNOPOLIS, *Hermanſtat*, V.E. Tranſſiluaniç.

HESPERIDES inſulç, vulgò CAPITIS VIRIDIS, *Cabo verde*, à Luſitanis detectç, habent Epiſcopum reſidentem in inſulâ & vrbe S. IACOBI, *Santiago*, Oliſiponenſi A. ſuffraganeum. 192

HIBERNIA, vulgò IRLANDIA, *Irlandt*, inſula, habet IV. Archiepiſcopatus, Armachanum, Dublinienſem, Caſſilienſem & Tuamenſem, an. 1151. auctoritate Eugenij III. per Ioannem Paparonem Legatum Apoſtolicum inſtitutos: vt tradit Baronius. Sed Camdenus ex Philippo Flateburienſi, tradit illos an. 1152. inſtitutos, auctoritate Apoſtolicâ, per Chriſtianum Epiſcopum Liſmorienſem, Hiberniæ Legatum. Illud conſtat, fuiſſe olim in Hiberniâ ſedes Archiepiſcopales quattuor, Epiſcopales autem triginta & vnam, aut circiter. Ceterùm Reges Angliæ, dicti fuerunt Hiberniæ Domini, iam inde à Ioanne Rege, vſque ad Henricum VIII. qui primus Hiberniæ Regem ſe ſcripſit. Quem regni Hiberniç titulum an. 1550. Paulus IV. Papa confirmauit, cùm Philippus Rex & Maria Regina Legatos Romam miſiſſent:

ſiſſent: vt tradit idem Camdenus. De Hiberniâ ſcripſit Giraldus Cambrenſis: quem commentario à ſe auctum edidit Richardus Stanihurſtus, nunc Sermo. ALBERTO Belgarum Principi à Sacris. Exſtat & Hiberniæ deſcriptio, itemque veteres Annales Hibernici, apud Camdenum in Britanniâ. 219

HIERACIVM. Vide GIRACVM & LOCRI.

HIERAPETRA, *Hierapetra*, V.E. vetus Cretę inſulę, ſub A. Cretenſi. Leunclauius in Diſpoſitione Imp. Leonis, ex Hierâ & Petrâ duo facit opida Epiſcopalia: ſed errat. 181

HIERAPOLIS, in Phrygiâ Cappatianâ, M. ſub P. Conſtantinopol. 113

HIERAPOLIS, Cyrriſticæ regionis caput, M. ſub A. Antiocheno. 137

HILDESHEMIVM, vel HILDESIA, *Hildesheim*, V.E. Germaniæ, ſub A. Moguntino. Epiſcopatum inſtituit Ludouicus Pius Imperator. De Hildeſiâ ſcripſit Ant. Moeckerus. 204

HIPPO REGIVS, V. olim E. Africæ: cuius vrbis Epiſcopus fuit S. Auguſtinus. 97

HIPPVS vel HIPPENE, V. E. ſub P. Ieroſolymitano. 145

HISPANIA vniuerſa paret Regi Catholico, ex gente Auſtriâ. Temporibus Gothorum, & ante Maurorum incurſiones, ſex Hiſpaniarum Metropoles ſeu Sedes Archiepiſcopales numerabantur, *Toletum*, *Hiſpalis*, *Emerita*, *Bracara*, *Tarraco*, & *Narbo*: vt tradunt Mariana Rerum Hiſp. lib. 6. cap. 15. & Ioannes Garſias Loaiſa in Notis ad Concilium Lucenſe, editis Madriti primùm cum Conciliis Hiſpaniæ, poſteà verò Coloniæ anno

no 1606. tomo 2. Conciliorum Generalium. Quot & qui Epiſcopatus ſingulis Metropolibus fuerint contributi, ſuis dicetur locis. Hodie Sedes XI. Archiepiſcopales in vniuerſis Hiſpaniarum regnis exiſtunt, *Toletum*, *Burgi*, *Compoſtella*, *Hiſpalis*, *Granata*, *Cæſarauguſta*, *Tarraco*, *Valentia*, *Bracara*, *Oliſipo* & *Ebora*. Catalogi Epiſcoporũ Hiſpaniȩ exſtant apud Stephanũ Garibaium. 186

HISPALIS, olim SPALIS, *Seuilla*, V. A. & Academia Bæticæ, mercibus Indiæ Occidentalis opulentiſſima: cui olim ſedes nouem Epiſcopales fuerunt ſuffraganeȩ, Italica, Elipa, Aſtigis, Corduba, Egabro, Eliberis, Malaca, Aſidonia, & Tucci. 188

HISPANIOLA, *Spaignola*, inſula Orbis Noui, à Chriſtophoro Columbo anno 1492. primùm detecta. Eſt in eâ inſulâ vrbs S. DOMINICI, cui primum Epiſcopum Leo X. primum verò Archiepiſcopum dedit Paulus III. Papa. 225

HISPELLVM, *Spello*, V. olim E. Vmbriæ, vbi hodieque Amphitheatri veſtigia ſuperſunt. Epiſcopalis ſedes Spoletum tranſlata eſt.

HOLA, *Hola*, vrbs hodieque Epiſcopalis in Iſlandiâ inſulâ ad Regem Daniæ ſpectante, qui ſolet eò mittere Epiſcopum, ſed Lutheranum: vt ex fide digno accepimus. Eſt autem Hola ſuffraganea Lundenſi A. in Daniâ. 222

HOLLANDIA, *Hollande*, *Hollandt*, vna ex XVII. prouinciis Germaniæ inferioris, titulo Comitatus clara, ad Oceanum Germanicum: cuius vrbes primariæ ſunt, *Harlemum* vrbs Epiſcopalis; *Amſtelodamum*, emporium; *Lugdunum* Batauorum ſeu *Leida*, Academia; *Roterodamum*, patria Eraſmi; & aliæ. De Batauiâ ſcripſere Hadr. Bar-

 lan-

Digitized by Google

landus, Hadr. Iunius, Ianus Douſa, & alij. 202
HORTA, quę HORTANVM Plinio, aliis ORTA, *Horti, Orti*, V.E. Etruriæ, in prouinciâ Romanâ, & ditione Pontificiâ. Hinc Epiſcopus Hortanus ſiue Hortinus: de cuius Epiſcopatus antiquitate, vide Iulij Roſcij Hortini præfationem ad librum Antonij Maſſæ de origine Faliſcorum. 158
HOSTVNVM, *Hoſtum*, V.E. regni Neapolitani, ſub A. Brundiſino. 167
HVNGARIA, *Vngeren*, *Hungrie*, prouincia titulo regio clara, quam Danubius mediam interfluit, duas habet vrbes Archiepiſcopales, Strigonium & Colociam. 209
HYDRVNTVM, *Otranto*, V.A. regni Neapolitani, olim M. ſub P. Conſtantinopolitano. 114

I.

IACOBITÆ, homines Chriſtiani per Orientales prouincias ſparſi. 35
IADERA, *Iara*, inſula & vrbs hodie primaria Liburnorum, ditionis Venetæ, gaudet titulo Archiepiſcopali. 180
IAPONICÆ inſulæ plures ſunt numero: ex quibus ea præcipua eſt quæ *Iapan* vocatur. Iaponibus primum Epiſcopum dedit Sixtus V. Papa: qui nunc in vrbe Nangaſaco reſidet. Mores eorumdem eleganter deſcribit Maffeius Hiſt. Indicarum lib. 12. 225
IAVRINVM, *Raab*, V.E. Hungariæ, ſub A. Strigonienſi. 210
ICARIA, hodie *Nicaria*, exigua inſula Ægæi maris, haut procul à Chio, Reipublicæ olim Chiæ ſubdita, Epiſcopum habuit Rhodienſi M. ſuffraganeum,

neum. De eâ Bellonius lib. 2. Obſer. cap. 8. 112

ICONIVM, *Cogne*, vrbs ampla Lycaoniæ, habitatur à Græcis, Turcis, Arabibus & Armeniis: teſte Bellonio libro 2. Obſeru. cap. 113. Fuit M. ſub P. Conſtantinopolitano. 109

IENA. Vide SAXONIA.

IEROSOLYMA vel HIEROSOLYMA, orum, *Hieruſalem*, vrbs patriarchalis, ob Chriſti Saluatoris noſtri paſſionem notiſſima, breuiter à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 83. & ſeqq. deſcribitur. In monte Sion, extra vrbem, eſt inſigne monaſterium Franciſcanorum, in quo Chriſtiani Latini ſolent excipi. 1. 145. & ſeqq.

IGÆDITA vel IGÆDITANIA, V. olim E. ſub M. Bracarenſi: quæ ſedes inde Guardiam tranſlata eſt. Vide GVARDIA. 191

ILERDA, *Lerida*, V. E. & Academia Cataloniæ, ſub A. Tarraconenſi. 189

ILIPA ſeu ELIPA, V. olim E. ſub M. Hiſpalenſi, quibuſdam hodie *Niebla*: alij aliter ſentiunt. Vide ITALICA.

ILLICIS, V. olim E. ſub M. Toleto, in prouinciâ Carthaginienſi. Nonnulli putant eſſe *Alicante*, portum maris Mediterranei, alij *Elche*, opidum nobile prope Carthaginem. Loaiſæ videtur eſſe *Origuela*, ad flumen Seguram, quod olim Tader, poſita, prope oram maris; quæ nunc habet Epiſcopum Valentino A. ſuffraganeum, à Carthaginienſi diœceſi diſiunctum auctoritate Pauli IV. Papæ. 190

ILLIBERIS, ſiue CAVCO ILLIBERIS, hodie *Collibre*, in prouinciâ Tarraconenſi, ad Pyrenęi montis radices. Errant qui in hac vrbe putant celebratum

Concilium Eliberitanum anno Chriſti 305. Vide Eliberis.

Ilva & Ilba, *Elba*, inſula maris Tyrrheni ſeu Tuſci, è regione Plumbini, admodum metallifera, paret Magno Etruriæ Duci, habetque propugnacula aduerſus hoſtes munitiſſima. Eadem profert ingentem magnetis copiam, cuius magnus eſt vſus in nauigando. Hic lapis alio nomine Heracleus & Sideritis dicitur, Italis *Calamita*, Gallis *Aimant*: cuius vſus primùm inuentus eſt à quodam Flauio. Albertus Magnus omnium primus eius facultates ſcriptis tradidit. Vide Bellonium lib. 2. Obſer. cap. 16. 175

India Occidentalis, ſiue Orbis novvs, à Chriſtophoro Columbo Genuenſi, auſpiciis Ferdinandi Caſtellæ Regis, eiuſque coniugis Iſabellæ, anno 1492. detectus eſt, Hiſpaniolâ, Cubâ, & Iamaïcâ inſulis eodem anno primùm luſtratis. Primos in Nouo Orbe Epiſcopos quinque conſtituit Leo X. Papa, petente Caſtellæ Rege, nimirum *S. Dominici* in Hiſpaniolâ, *Conceptionis*, Inſulæ *S. Ioannis*, *Cubæ* inſulæ, & *Darienenſem*: vt Petrus Martyr ab Angleriâ tradit Decade 2. de Nouo Orbe, lib. 8. Scripſit is Decades ſuas anno 1516. adeoque ex primis ſcriptoribus fuit, qui Nouum Orbem commentariis illuſtrarunt. Orbis Noui metropolis hodie eſt Mexicvm, V. A. Nouæ Hiſpaniæ. 224

India Orientalis, *India de Portugal*, à Luſitanis ſubacta: cuius metropolis eſt Goa, V. A. in inſulâ eiuſdem nominis ſita. De Indiæ Orientalis, vicinarumque prouinciarum ad Chriſtum conuerſione ſcripſerunt Ioannes Maffeius, Emanuel Acoſta,

Acoſta, & alij Latinè, & Petrus Iarricus Gallicè. Primi præcones Euangelij in Indiâ Orientali & Occidentali fuerunt ſodales Franciſcani: qui & primi ferè iis in locis Epiſcopi fuere. 223

INGENA ABRINCANTORVM, *Aurenches*, V.E. ſub A. Rotomagenſi, in Normanniâ. 193

INGOLSTADIVM, *Ingolſtadt*, vrbs Bauariæ, habet Academiam inſignem.

INTERAMNA, *Terni*, V.E. Vmbriæ in prouinciâ Romanâ, inter Naris amnis cornua in planitie ſita: vnde & nomen traxit. 159

INTERAMNA ſiue INTERAMNIA, *Teramo*, V.E. Aprutij. 169

INSVLÆ, arum, Gallicè *Lille*, Flandricè *Ryſſel*, vrbs & emporium Flandriæ celeberrimum, diœceſis Tornacenſis.

INTIMELIVM, ſiue ALBINTIMELIVM, *Vintimiglia*, V.E. Liguriæ, ditionis Genuenſis, ſub A. Mediolanenſi. 174

S. IOANNIS inſula DE PORTO DIVITE, *San Ioan de puerto rico*, in Orbe Nouo: cui inſulæ primum Epiſcopum dedit Leo X. Papa; vt tradit Petrus Martyr ab Angleriâ Decade 2. lib. 2. Is factus eſt poſteà ſuffraganeus Archiepiſcopo S. Dominici in Hiſpaniolâ inſulâ, decreto Pauli III. an. 1547. Onuphrio teſte. 225

ION, inſula Ægæi maris, in quâ Homerum ſepultum ferunt. De eâ Bellonius lib. 2. Obſer. cap. 8.

IOPPE, *Iaffa*, V.E. ſub P. Ieroſolymitano. 151

IPRA, *Iperen*, V.E. Flandriæ, ſub A Machlinienſi. 201

IRENOPOLIS, Catholici vel Primatis Bagdacenſis ſeu Babyloniæ olim ſedes, ſub P. Antiocheno:

vt conſtat ex ms. codice Sirleti. Latinè ſic olim nuncupata fortaſſe fuit vrbs *Bagadad*, de quâ diximus ſuprà. 144

IRIA, hodie *el Padron*, in regno Gallęciæ, V. olim E. ſub M. Bracarenſi: vbi primùm quieuit corpus S. Iacobi Apoſtoli, antequam Compoſtellam eſſet tranſlatum. Sedes Epiſcopalis inde Compoſtellam traducta, ad dignitatem maiorem eſt euecta, ob honorem eiuſdem Apoſtoli, pietate Alfonſi Caſti Regis Legionenſis. 187

ISCHIA olim ÆNARIA, inſula & vrbs, *Iſchia*, habet Epiſcopum Neapolitano A. ſuffraganeum. 163

ISLANDIA, *Iſlandt*, inſula maris Septemtrionalis, ad Regem Daniæ ſpectans, duas habet ſedes Epiſcopales, Scalholtum & Holam. De Iſlandiâ libros tres ſcripſit Arngrimus Ionas, Iſlandus. 222

ITALIA, præter Regni Neapolitani & Reipublicæ Venetorum Archiepiſcopatus, ſuprà libro 4. recenſitos, habet inſuper Archiepiſcopatus, Rauennatem, Bononienſem, Firmanum, Mediolanenſem, Taurinenſem, Tarentaſienſem, Genuenſem, Florentinum, Senenſem, Piſanum, & Vrbinenſem. Sigonium conſule in libris de regno Italiæ. 161. & ſeqq.

ITALICA, V. olim E. in Bæticâ, ſub M. Bracarenſi: cuius ruinæ conſpiciuntur prope Hiſpalim, & appellatur Hiſpalis vetus, ſex paſſuum millibus diſſita ab Hiſpali. Apud Plinium eſt ILIPA cognomento ITALICA, in conuentu Hiſpalenſi, quæ vocatur Maior à Ptolemęo. Apud eumdem eſt ILIPVLA MINOR, cum ſimplici aut geminato l. in conuentu Aſtigitano.

Itivs eſt promontorium prope Bononiam Maritimam ſeu Gallicam. Nauale autem dicitur Gessoriacvs, idem cum Nauali Bononienſi. Sed qui Itium opidum *Cales* eſſe putant, refelluntur à Ptolemęo, qui priùs ponit Itium, deinde Geſſoriacum, à quo opidum *Cales* diſtat pluſquam viginti millibus paſſuum, hoc eſt leucis vii. Belgicis. Ita Ioſ. Scaliger in Notitiâ Galliæ.

Ivlia, quæ & Fidentia Ivlia. *Borgo S. Donnino*, vrbs ditionis Parmenſis, ſede Epiſcopali ornata eſt per Clementem VIII. Vide Bvrgvm S. Domnini. 162

Ivliomagvs Andicavorvm ſiue Andegavensivm, *Angers*, V.E. & Academia, ſub A. Turonenſi. 194

Ivlinvm, celebre olim Vandalorum emporium in Pomeraniâ: cuius ſedes Epiſcopalis inde Caminum eſt tranſlata. 211

Ivstiniana prima, id eſt Acrida ſiue Achrida, hodie *Ocrida*, Bulgariæ metropolis. Zonaras in Baſilio Porphyrogenneto eam vocat regiam Bulgarorum. Vide Acrida. 184

Ivstiniana secvnda, id eſt Cyprvs inſula.

Ivstiniana tertia, id eſt Chalcedon, vrbs Bithyniæ in Aſiâ. Sic Curopalates libro de Officialibus Palatij Conſtantinopolitani, titulo *De Patriarchæ deſignatione*. Sunt autem tres iſtæ vrbes ſic dictæ à Iuſtiniano Imperatore.

Ivstinopolis, quæ Ægida Plinio, *Cauo d'Iſtria*, V.E. Iſtriæ, ſub P. Aquileienſi. 179

Ivvenacivm, *Giuenazzo*, V.E. regni Neapolitani, ſub A. Barenſi. 167

Kelt-

K.

KELTZENE ſeu CELTZENE, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 114

KILDARIA, *Kildare*, V. E. Hiberniæ, ſub A. Dublinienſi. 220

KILKENNIA, id eſt S. CANICI fanum, *Kilkenny*, V.E. Hiberniæ, caput prouinciæ ſeu Comitatus Kilkennienſis, ſub A. Dublinienſi. Qui Kilkennienſis, idem & Oſſerienſis Epiſcopus dicitur. Vide OSSERIA. 220

KIOVIA, *Kiou*, V.E. Volhiniæ, ad Boryſthenem fl. ſub A. Leopolienſi, ditionis Polonicæ. 212

L.

LABACVM, *Labach*, V.E. Carniolæ, ſpectat ad gentem Auſtriam. Epiſcopatum inſtituit Paulus II. an. 1468. 208

LACEDÆMONIA, V. E. ſub M. Patrenſi in Peloponneſo, poſteà Metropolis. 111. 129

LACTVRATES, LACTORATES, ſeu potiùs LECTORATES, iuxta publicam & Romanam inſcriptionem illius vrbis. LECTORATENSIS vrbs, *Laictoure*, *Letoure*, habet Epiſcopum Auſcenſi A. in Vaſconiâ ſuffraganeum. Inter Aquenſem, Adurenſem & Lectoratenſem ſeu Lectorenſem, de primo inter collegas loco eſt contentio: qui ad Aquenſem pertinet, ſi Iſidorum ſequi volumus. 197

LAMECA vel LAMECVM, *Lamego*, vrbs Luſitaniæ ad Durium amnem ſita, olim & nunc ſub M. Bracarenſi. 191

LANCIANVM, *Lanciano*, V. A. regni Neapolitani, per Pium IV. 169

LANGVEDOCA, *Languedoc*, regni Galliæ prouincia,

à Vi-

Digitized by Google

à Viſigothis, id eſt, Occidentalibus Gothis GOTHIA dicta, vulgò LANTGOTHIA, id eſt, terra Gothorum. Hinc corrupta vox *Languedoc* pro *Landtgoth*. Sunt in Languedocâ vrbes AA. duæ, NARBO MARTIVS & TOLOSA. 200

LAODICEA, in Phrygiâ Pacatianâ, ad fl. Lycum ſita, poſteà RHOAS dicta, teſte Plinio. In eâ fuit celebratum Concilium Laodicenum ſub Silueſtro Papâ, non autem in Laodiceâ Syriæ; vt quidam falsò ſcribunt. **108**

LAODICEA in Mediâ, Straboni & Stephano nota.

LAODICEA SYRIÆ, *Illadchie*, Leonardo Epiſcopo Sidonienſi, M. autocephala ſub P. Antiocheno. 140

LAODICEA, V.E. ſub M. Damaſco, in Patriarchatu Antiocheno. 140

LAQVEDONIA, vulgò *Lacedogna*, V. E. Hirpinorum, ſub A. Compſano: quo loco olim ſtetit AQVILONIA, vrbs Hirpinorum Ptolemæo: vt Celſus Cittadinus apud Ortelium in Theſauro Geographico tradit, contra Leandrum, qui credit Aquilioniam fuiſſe vbi hodie eſt *Agnone*, & contra Nigrum, qui eam nunc *Anglone* dici putat. Nam AGNONA eſt in Frentanis, prope Pelignos: ANGLONA autem eſt V.E. in finibus Lucaniæ & Brutiorum, ſub A. Materano ſeu Acheruntino. 166

LASCARIENSIVM ſeu LASCVRIENSIVM ciuitas, *Leſcar*, V. E. Benearniæ ſeu Bearniæ, ſub M. Auſcenſi. 197

LAVDVNVM CLAVATVM, *Laon*, V.E. ſub A. Remenſi: cuius Antiſtes eſt Dux & Par Franciæ. 195

LAVEL-

LAVELLINVM, *Lanello*, V.E. ſub A.Barenſi. 167

LAVREACVM ſedes olim fuit Metropolitana Pannoniæ & Norici: cuius hodie rudera in Enſio Auſtriæ opido, vulgò *Ens*, exſtare tradit Lazius lib.2. rerum Viennenſium cap. 2. Idem ſcribit huic olim Metropoli ſubfuiſſe Tibetinenſem, Quintauienſem, Patauienſem, in Vindelicis; Ouilabenſem in Norico Ripenſi; Iuuauienſem, Solienſem, Celeianum, Petouienſem, & Tauriſanum, in Norico mediterraneo, Epiſcopatus. De Laureaco, deque Patauio Germanico, & de vtriuſque loci Epiſcopis ſcripſit libros duos Gaſpar Bruſcius, Baſileæ ſeorſim editos. 207

LAVRETVM, *Loreto*, V. E. ditionis Pontificiæ, Deiparæ Virginis æde ſacrâ toto orbe celebris. Hiſtoriã B. Virginis Lauretanæ ſcripſit Horatius Turſellinus. Epiſcopatum inſtituit Sixtus V. 162

LEBVSIA, *Lebus*, V.E. Germaniæ, ad Viadrum fluuiũ, Francofurto vicina, ſub A.Gneſnenſi. Epiſcopatum inſtituit Miecislaus Polonię Dux an. 965. Sed Boleſlaus Caluus, Henrici Pij Ducis Sileſię filius, Lebuſienſe territorium Ioanni & Othoni Marchionibus Brandeburgenſibus circa anno 1260. vendidit. Ab eo tempore Lebuſia manſit in Marchionum Brandeburgenſium poteſtate. 211.212

LEGIO, *Leon*, caput regni Legionenſis, V.E. clara à temporibus Gothorum, Apoſtolicæ Sedi tantùm ſubiecta, & nullum in Hiſpaniâ Metropolitanum agnoſcens. 188

LEMNVS, *Stalimene*, maris Ægæi inſula, vnde Terra Lemnia ſeu Sigillata adfertur. De quâ Bellonius lib. 1. Obſeruat. cap. 22. & 29. In inſulâ

vrbs

vrbs eſt nunc Lemnos, olim Myrina nuncupata. 112

LEMOVICES, Galliæ populi, apud Cæſarem & alios. RATIASTVM LEMOVICVM, *Limoges*, V.E. ſub A. Bituricenſi. 196

LEODIVM, ſiue vt mediæ ætatis ſcriptores legunt, LEODICVM, Gallis *Liege*, Belgis *Luyck*, Germanis *Ludick*, ad Moſam fl. V.E. ſub A. Colonienſi. 205

LEONIVM, *Sainct Paul de Leon*, V.E. ſub A. Turonenſi, Principatus titulo clara. 194

LEONTINVM, *Lentini*, V. olim E. Siciliæ, Gorgiæ Rhetoris patria.

LEOPOLIS, *San Leo*, V.E. Vmbriæ, in Ducatu & prouinciâ Vrbinenſi, naturâ & arte munitiſſima, in rupe præruptâ Montis Feretrani conſtructa. 178

LEOPOLIS, *Lonnow*, V.A. Ruſſiç Nigræ, ſub ditione Polonorum. Archiepiſcopatum inſtituit Vrbanus V. an. 1361. 212

LEOVARDIA. Vide FRISIA OCCIDENTALIS.

LERINVS inſula, quæ vulgò S. Honorati nunc dicitur, ad mare Mediterraneum ſita, in regno Galliç. Eſt in illâ illuſtre monaſterium, ex quo Vincentius Lerinenſis, & alij cùm ſanctitate tum doctrinâ illuſtres viri plurimi prodierunt.

LESBOS, inſula Ægæi maris, hodie *Metelin* dicta, à Mitylene vrbe primariâ & Metropolitanâ, deſcribitur per Bellonium lib. 2. Obſer. cap. 7. 112

LEVCORVM ciuitas, id eſt TVLLVM, *Toul en Lorraine*, V.E. ſub M. Treuerenſi. 205

LEXOVIORVM ciuitas, *Liſieux*, V.E. in Normanniâ, ſub M. Rotomagenſi. 194

LIBANVS mons, in ſummo vertice habet monaſterium

rium inſigne Caloierorum Maronitarum & Grę-
corum: teſte Bellonio lib. 2. Obſer. cap.94.

LICERIVM. Vide CONSARANNI.

LICHFELDIA, *Liſfilde*, V.E. Angliæ ſub A. Cantuarienſi. 216

LIDDA, *S.George de Lidde*, V.E. ſub P. Ieroſolymitano. 155

LIGERIS, *Loire*, Galliæ fluuius, cuius caput eſt in pago Velauno,& vulgò dicitur *La font de Laire*, hoc eſt, fons Ligeris.

LIMA ſeu CIVITAS REGVM, *Ciudad de los Reyes*, V.A. prouinciæ Peruanæ cultiſſima, à Franciſco Pizarro an. 1535. condita: in quâ reſidet Prorex, & vniuerſæ prouinciæ Senatus. 226

LINCOLNIA, veteribus LINDOCOLNIA, *Lincolne*, V.E. Angliæ ſub A. Cantuarienſi. Sedes Epiſcopi huc tranſlata eſt ex villâ Dorceceſtriâ, per Remigium, ex Fiſcanenſi in Normanniâ monacho, Epiſcopum. Dorceceſtrenſium & Lincolnienſium EE. hiſtoria legitur apud Guil. Malmeſburienſem lib. 4. de geſtis Pontificum Anglorum. 216

LINCOPIA, *Lincopen*, V.E. Sueciæ, ſub A. Vpſalienſi. 222

LINDISFARNA, *Lindisfarne*, inſula in Northumbrię littore, Lindi fluuio obiecta: in quâ Aidanus Scotus ſedem Epiſcopalem conſtituit, quæ tandem, Danis irruentibus, Dunelmum tranſlata fuit. Hęc, ob Sanctos ibi ſepultos, *Holy Iland*, ab Anglis vocatur. Vide DVNELMVM. 217

LINGONES, Galliæ populi, I. Cæſari aliiſque noti. ANDOMATVNVM LINGONVM, *Langres*, V.E. ſub A. Lugdunenſi: cuius Antiſtes eſt Dux & Par

Fran-

Franciæ. Lingonenſium EE. res geſtas deſcribit Iacobus Seuertius in ſuâ Chronologiâ AA. Lugdunenſium. 193

LIPARA, *Lipari*, inſula maris Siculi, in quâ vrbs eſt eiuſdem nominis, ſede Epiſcopali per Bonifacium VIII. ornata, ſub A. Meſſanenſi. 172

LIPSIA. Vide SAXONIA.

LISMORA, *Liſmor*, inſula & V. E. Scotiæ in Argatheliâ prouinciâ, ſub A Glaſcuenſi. Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Guilielmus Scotię Rex, teſte Boëthio lib. 13. 219

LISMORA, *Liſmor*, V. E. Hiberniæ ſub A. Caſſilienſi. 220

LITVANIA, prouincia Magni Ducatus titulo nobilis, miſſâ idololatriâ, Chriſti fidem ſuſcepit anno 1386. Iagellone Duce in Poloniæ Regem adſumpto ac baptizato: anno autem 1578. in vnum Reipublicæ corpus cum Poloniâ coaluit. Lituaniæ deſcriptio exſtat per Sigiſmundum Baronem Herberſtenium. 212

LIVONIA, *Liflandt*, prouincia ad mare Balticum ſita, ditionis hodie Polonicæ: in quâ olim fuit Rigenſis A. cum aliquot EE. ſuffraganeis. Hodie vnicus in Liuoniâ eſt E. Vendenſis. 211. 213

LOBIVM ſiue LAVBIVM, *Lob*, illuſtris Abbatia ord. S. Benedicti, ad Sabim fl. in ditione Leodienſi, ſed in diœceſi Cameracenſi ſita: cuius olim loci Abbates aliquot ex ordine ſimul & Epiſcopi exſtiterunt, vt S. Vrſmarus, S. Erminus, & alij à Ioanne Molano in Natalibus Sanctorum Belgij celebrati.

LOCRI, *Gieraci*, V.E. Calabriæ inferioris maritima & antiquiſſima, olim totius Magnæ Græciæ po-

tentiſſima, poſteà *Hieracium* dicta, ſub A. Rhegienſi. 169

Lombaria ſiue Lomberia, *Lombés*, V.E. ſub A. Toloſano, octo leucis diſtat à Tolosâ, cis Garumnam. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio D. Toloſanæ. 200

Lotaringia, *Lorraine*, prouincia Ducali titulo à multis retrò ſæculis clara: cuius opida primaria ſunt Nanceium, *Nancy*, Ducis ſedes, & Muſſipontum, *Pont à Mouſon*, Academia.

Lovanivm, *Louen*, *Louain*, vrbs Brabantiæ antiquiſſima, D. Machlinienſis, habet Academiam totâ Europâ celeberrimam à Ioanne IV. Brabantiæ Duce excitatam, Martino V. Pont. Max. approbante. Lege Louanium Lipſij. 201

Lvbeca, *Lubeck*, V.E. Germaniæ ſub A. Bremenſi. Prima ſedes ab Othone I. Imp. in Wagriæ opido Aldenburgo circa an. 970. conſtituta fuit, præfecto primo Epiſcopo Marcone: à quo duodecimus Geroldus ab Henrico Leone, Saxoniȩ Duce, Lubecam tranſlatus eſt. Exſtát Chronicon Lubecenſe per Hermannum Bonnum. 208

Lvbvssia. Vide Lebvsia.

Lvca, *Lucca*, V.E. Etruriæ antiqua, hodie Reſpublicà liberà, optimis legibus temperata. Epiſcopus in ſpiritualibus immediatè ſubeſt Sedi Apoſtolicæ. 159

Lvceoria, V.E. Volhiniæ, in Ruſſiâ Nigrâ, ditionis Polonicæ, ſub A. Gneſnenſi. 211

Lvceria, *Lucera*, V.E. Apuliæ Dauniæ.

Lvcionvm ſiue Lvxonvm, *Luſſon*, *Luçon*, V.E. ſub A. Burdigalenſi. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio Benedictinorum, D. Pictauien-

ctauienſis, qui nunc ſunt Canonici. 197

LVCVS, *Lugo*, olim Sueuorum tempore ſedes Metropolitana, nunc V. E. Hiſpaniæ ſub A. Compoſtellano. Exſtat Concilium Lucenſe vetus. Vide COMPOSTELLA. 187

LVGDVNVM SEGVSIANORVM, *Lion*, V. A, & Academia ad Rhodanum: cuius Antiſtes hodie Primatum cleri Gallicani obtinet. Lugdunenſium AA. & ſuffraganeorum E E. Chronologiam, reſque ab eis geſtas ſcripſit Iacobus Seuertius, Theologus Pariſienſis, & Eccleſiaſtes Lugdunenſis. De Lugduno, deque eiuſdem Eccleſiæ Hierarchiâ exſtat & Symphoriani Campegij liber an. 1537. editus. 193

LVGDVNVM BATAVORVM, vulgò LEIDA, *Leyden*, vrbs & Academia Hollandiæ, D. Harlemenſis, ad veterem Rheni alueum.

LVGDVNVM CONVENARVM, olim ab exercitu Gunthramni Regis eſt dirutum, & ex eius ruinis ſtructum S. BERTRANDI fanum, *Sainct Bertrand de Comenge* vel *Cominges*, V. E. ſub A. Auſcenſi, in Vaſconiâ. 197

LVNA, *Luni*, V. olim E. Etruriæ, à Gothis ſolo æquata: cuius rudera ſpectantur ad oram maris Tyrrheni, & Macræ fl. oſtia. Ex eius reliquiis creuit SARZANA, quò & Epiſcopatus tranſlatus eſt.

LVNEBVRGVM, *Lunenburg*, vrbs Germaniæ, titulo Ducali clara. Lucas Loſſius ſcripſit Chronicon Luneburgenſe.

LVSITANIA, *Portugal*, prouincia Hiſpaniæ, regiâ dignitate clara: in quâ tres ſunt vrbes Archiepiſcopales, Bracara, Oliſipo, & Ebora. Vide POR-

TVCALE. De antiquitatibus Luſitaniæ conſule Andr. Reſendium. 191

LVSPIA. Vide ALETIVM.

LVTETIA PARISIORVM, *Paris*, V.E. ſub A. Senonenſi, caput totius Francorum regni, ad Sequanam fluuium, Regum ac Parlamenti ſummi ſedes, emporium & Academia vetuſtiſſima. Pariſiorum primus Epiſcopus fuit S. Dionyſius, quem Gregorius Turonenſis tradit in Gallias veniſſe circa annum Chriſti 251. Alij volunt Dionyſium iſtum fuiſſe Areopagitam, & S. Pauli diſcipulum. Pariſienſium EE. catalogus extat apud Iacobum Breulium, libro De Antiquitatibus Pariſienſibus. 194

LVTEVA, apud Iſidorum, *Lodeue*, V.E. ſub A. Narbonenſi. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio Canonicorum regularium S. Auguſtini. 198

LVXONENSIVM vel LVCIONENSIVM ciuitas, *Luſſon*, V.E. ſub A. Burdigalenſi, Epiſcopatum an. 1317. inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio D. Pictauienſis. 197

M.

MACEDONIA, Græciæ prouincia, cuius vrbes præcipuæ ſunt, Theſſalonica, Pella Alexandri Magni patria, Stagyra Ariſtotelis, Apollonia in quâ Auguſtus Cæſar litteras Græcas didicit, Dyrrachium, Aulon, Croia, & Caualla.

MACERATA, *Macerata*, V. E. ditionis Pontificiæ, ſub A. Firmano. 162

MACHLINIA ſiue MECHLINIA, *Mechelen*, *Malines*, V. A. Germaniæ inferioris. Archiepiſcopatum an. 1559. inſtituit Paulus IV. 201

MAELO-

MACLOVIOPOLIS, *Sainct Malo*, V.E. Britanniæ minoris, ſub A. Senonenſi. 194

MADAVRA, V. olim E. Africæ, in Numidiæ Getuliæque confinio, quæ L. Apuleium orbi protulit. 97

MADYTA, orum, M. LXIX. ſub P. Conſtantinopolitano. 21

MAGALONA, *Maguelone*, inſula maris Mediterranei, in quâ olim fuit templum Canonicorum S. Auguſtini, nunc ſimplicium, vt vocant, cum Epiſcopatu, ſub A. Narbonenſi. Inde ſedes Epiſcopalis, ob prædonum iniurias, tranſlata eſt MONTEM PESSVLVM, *Montpelier*, vrbem & Academiam Volcarum Arecomicorum, anno 1536. auctoritate Pauli III. Papæ. Ex eâ tamen vrbe Epiſcopi, quàm primùm mortui ſunt, Magalonam ſepeliendi deportantur. Templum S. Petri cathedrale à Nouatoribus ſolo æquatum eſt: Canonici tamen in exiguo loco adhuc ſeruiunt Deo, & in ruinis præclari quondam templi conſiſtunt. 198

MAGDEBVRGVM, *Magdeburg*, V. A. Germaniæ. Canonicorum collegium à Wittikindo Saxonum Principe in Weſtphaliæ opido Angariâ (vbi hodieque Principis illius monumentum viſitur) Henricus Auceps in agri Luneburgenſis opidum *Vallerſleben*, præfecto Marco Epiſcopo, tranſtulit: inde Otho I. Imperator, Aucupis filius, Magdeburgum traduxit, & Archiepiſcopatui anno 967. à ſe conſtituto adiunxit. Primus Archiepiſcopus fuit Albertus, ex Treuerenſi S. Maximini cœnobio euocatus; cuius ſucceſſores vſque ad annum Chriſti 1500. Albertus Crantzius enumerat. Dictum Albertum Benedictus VI. Pont.

Max. ad Germaniæ Archiepiſcopos ſcribens, Germaniȩ Patriarcham nominat. De rebus Magdeburgenſibus exſtat Andr. Werneri Chronicon Magdeburgenſe. 206

MAIORICA. Vide BALEARES inſulæ.

MAIVMA. Vide ANTHEDON.

MALACA, *Malaga*, V. olim E. ſub A. Hiſpalenſi, nunc ſub Granatenſi, vt arbitror. 189

MALLEACVM, *Maillezés*, V. E. ſub A. Burdigalenſi. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in monaſterio Benedictinorum D. Pictauienſis, monachis in religioſâ veſte relictis. 197

MALPSVS, Ptolemȩo MALLOS, V. E. ſub M. Tarſenſi. 135

MANFREDONIA, *Manfredonia*, V. A. ſic dicta à Manfredo Rege Neapolitano, Frederici II. Imp. filio, qui eam circa annum 1200. condidit. Haut procul inde, ad radices montis Gargani, oſtenduntur ruinæ SIPONTI vrbis, cuius Sedes Manfredoniam tranſlata eſt: vnde Sipontini Antiſtitis nomen hodieque manet Manfredoniano. Vide MONS GARGANVS. 168

MANTVA, *Mantoua*, V. E. Italiæ, ad Mincium fl. Ducum ac Senatus ſedes, Virgilij poëtæ patria. 173

MANTVA CARPETANORVM, *Madrid*, vrbs regia, in Hiſpaniæ vmbilico ſita, Regum Catholicorum ſedes.

MARAT, vrbs Ciliciæ olim ampla & elegans, veteribus fortaſſe MARONIAS, diſtat æqualiter ab Aleppo & Tarſo, vulgò *Haman*, D. Pauli patriâ, deſcribiturque à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 101.

MAR-

MARCANA, *Marcana*, V.E. ſub A. Raguſino.

S. MARCI V.E. regni Neapolitani. Vide ARGENTANVM. 170

MARONEA, A. III. ſub P. Conſtantinopolitano. 22

MARONITÆ, populi Chriſtiani per Syriam & alias prouincias Orientales.

MARPVRGVM, *Marpurg*, vrbs Haſſiæ, habet Academiam à Philippo Haſſiæ Lantgrauio an. 1535. inſtitutam: cuius Profeſſores Caluiniani perpetuas contentiones exercent cum Profeſſoribus Gieſanis Lutheranis. Eſt autem GIESA, *Gieſen*, opidum ſecundo lapide à Marpurgo ſitum, in quo ſuperioribus annis Academiam excitauit N. Haſſiæ Lantgrauius, qui Darmſtadij ſedem habet. O miſerum Germaniæ ſtatum!

MARROCHIVM, *Marrocho*, V. olim E. Africæ, ſedes Regia.

MARSI, *Marci*, *Marſi*, V.E. Latij, ſub A. Theatino, Marſorum metropolis, apud Fucinum lacum. 168

MARSICVM, *Marſico*, V.E. in Lucaniâ ſeu Baſilicatâ, ſub A. Beneuentano: vt Philippus Ferrarius in Notis ad Martyrologium Rom. tradit. Alij hunc E. ſub A. Salernitano collocant. 171

MASSA, *Maſſa*, V.E. regni Neapolitani, ſub A. Surrentino. Vide POPVLONIVM. 165

MASSILIA, *Marſeille*, colonia Græcorum Phocæenſium, V. E. ſub A. Arelatenſi, emporium nobile ad mare Mediterraneum. 200

MATERA, *Matera*, V.A. regni Neapolitani. 166

MATISCO EDVORVM, Cæſari in extremo Commentario, *Maſcon*, V.E. ſub M. Lugdunenſi. Matiſconenſium EE. res geſtas ſcripſit Iacobus

Seuertius in Chronologiâ AA. Lugdunenſium. 193

MATRACHA, A. XXXIX. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

MATRONA, *Marne*, Galliæ ingens flumen, neque minus ipſo Sequanâ.

MECHA, Arabiæ Felicis vrbs, patria Mahumetis, quam veteribus PETRAM fuiſſe dictam arbitratur Bellonius lib. 3. Obſer.

MECHLINIA. Vide MACHLINIA.

MEDIA, *Meelh* Anglicè, *Mieh* Hibernicè, prouincia Hibernię, in illius inſulę medio ſita: vnde & nomen habet. Epiſcopus huius prouincię ab antiquo Medenſis dicitur, nec fixam ſeu perpetuam alicubi ſedem habet; eſtque ſuffraganeus A. Armachano. 219

MEDIOLANVM, *Milano*, V. A. Inſubriæ ampliſſima, Ducatus illius metropolis, & Proregis Hiſpani ac Senatus ſedes. Prouincia ſacra Mediolanenſis olim latiſſimè patuit, & longè plures quondam Epiſcopi metropolitico iure ad illam pertinebant quàm nunc pertineant: vt docet Carolus à Baſilicâ Petri, Epiſcopus Nouarienſis, in libello quem de Metropoli Mediolanenſi conſcripſit. Vrbi ac prouinciæ Mediolanenſi primus Euangelium attulit S. Barnabàs Apoſtolus. De Epiſcopis & Archiepiſcopis Mediolanenſibus vſque ad an. 1489. ſcripſit Donatus Boſſius, & an. 1482. Mediolani publicauit. 173

MEDIOLANVM SANTONVM, vel XANTONVM, *Saintes*, *Santonge*, V. E. ſub A. Burdigalenſi. 197

MEDINA SIDONIA. Vide ASIDONIA.

MEGAPOLIS ſiue MECHELBVRGVM, *Mekelburg*,

burg, V. olim E. Germaniæ, nunc iacet diruta. Epiſcopatum inſtituerat Otho Magnus Imperator: quem poſt annos centum Henricus Leo Suerinam tranſtulit. Durat tamen hodieque Ducatus Megapolitanus ſeu Mechelburgenſis. Exſtat Ioannis Boceri liber de Ducibus Mechelburgenſibus. 208

MELDI, Plinio Galliæ populi. LATINVM MELDORVM, *Meaux*, ad Matronam fl. V.E. ſub A. Senonenſi. 194

MELIAPORA, *Meliapor*, V. A. Indiæ Orientalis, auctoritate Pauli V. 223

MELITA, *Malta*, inſula maris Siculi, naufragio D. Pauli nota, ſedes Equitum Ioannitarum ſeu Rhodiorum: de quibus vide Origines noſtras Equeſtres. In inſulâ vrbs eſt eiuſdem nominis, quæ Epiſcopum habet Panormitano in Siciliâ A. ſuffraganeum. 172

MELITOPOLIS, A. LX. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

MELODVNVM, *Melun*, I. Cæſari METIOSEDVM (ſic enim legendum monet Ioſ. Scaliger) vrbs in inſulâ Sequanæ ſita, inſtar Lutetiæ Pariſiorum.

MELODVNVM vel MELIODVNVM, *Meun*, in agro Bituricenſi.

MENAPII, Galliæ populi, quos Strabo cum Morinis continuat, & Cæſar quoque indicat ibi eſſe. Ptolemęus ad oſtia Moſæ collocat. Non ſunt igitur Geldrij: ſed pars hodiernę Hollandiæ & Brabantiæ maritimę (vel potiùs ſecundùm Strabonem ora Flandriæ maritima) ſunt veri Menapij; & MENAPISCVS pagus dicitur in Capitu-

lariis

lariis Caroli Magni, pro Flandriæ Comitatu. Ita. Scaliger in Notitiâ Galliæ.

Mentesa, V. olim E. ſub A. Toletano, à Mauris funditus deleta, vt quo loco olim ſteterit, certò aſſeri nequeat: teſte Ambroſio Morali. 186

Merseburgum, *Merſeburg*, V. E. Germaniæ, ad Salam fl. ſub A. Magdeburgenſi. Primus Epiſcopus Boſo, ex Ratiſbonenſi S. Emerani cœnobio euocatus, per Othonem I. Imp. conſtitutus fuit. 206.

Mesembria, A. xxxiii. ſub P. Conſtantinopolitano. 23

Mesopotamia, hodie *Aſamia*, Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 102.

Messana, *Meßina*, V. A. Siciliæ maritima, emporium celebre, & Academia. 172

Metis, ſiue Diviodunum Mediomatricum, *Metz en Lorraine*, ſedes veterum Lotaringiæ Regum, V. E. ſub M. Treuerenſi, hodie à Francis præſidio militari tenetur. Poſterioribus temporibus vrbs Mediomatricū vocata eſt Metæ. 205

Methone, *Modon*, V. E. Peloponneſi maritima, ſub M. Patrenſi. 111

Mevania, quę & Mevia, *Beuagna*, V. olim E. Vmbriæ, nunc eſt diœceſis Spoletinæ. 159

Mexicum, *Mexico*, V. A. & caput totius Indiæ Occidentalis, ſedeſque Proregis Hiſpani ac Senatus. Archiepiſcopatum inſtituit Paulus III. anno 1547. vt teſtatur Onuphrius. 224

Middelburgum, Zelandiæ inſulæ apud Belgas vrbs primaria, *Middelburgh*, dignitate Epiſcopali aucta eſt an. 1559. per Paulum IV. Papam, petente Philippo II. Rege Catholico. 202

Mile-

MILETVS, *Melaſſo*, V.E. Cariæ maritima, ad Meandri fl. oſtia.

MILEVIS ſeu MILLEVVM, Antonino MILLEVM, *Mela*, V.olim E.Africę, Concilio Mileuitano hîc celebrato clara, cuì S. Auguſtinus interfuit. Errant autem qui dictam Africę vrbem cum inſulâ Melitâ aut Melitenâ Armeniæ Metropoli confundunt. Inter Mileuitanos EE. eminet S. Optatus, cuius exſtant libri de ſchiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum. 98

MIMATES GABALORVM, vel GABALITANORVM, *Mende di Giuauldan*, vicus apud veteres notus, nunc V.E. ſub A. Bituricenſi. Mimatenſe templum cathedrale à Nouatoribus dirutum, Adamus Epiſcopus noſtrâ memoriâ inſtaurandum curauit, ſumptu tricies mille aureorum facto. 196

MINDA, *Minden*, ad Viſurgim fl. V.E. Germaniæ ſub A. Colonienſi. Epiſcopatum inſtituit S. Leo Papa, Carolo Magno Imp. an. 780. dotante. Epiſcoporum ſeries ad noſtra vſque tempora exſtat in Chronico Mindenſi, edito Francofurti 1607. per Ioannem Piſtorium, cum Magno Chronico Belgico. 205

MINDONIA, *Mondoñedo*, V.E. ſub A. Compoſtellano: quæ dignitas olim fuit penes Ribadeum vrbem. Alij tamen magis exiſtimant Mindonienſes Epiſcopos olim Vallibrienſes fuiſſe nuncupatos: vt narrat Mariana lib. 7. cap. 20.

MINTVRNÆ, V.olim E.Latij, Ptolemęo nota: cuius Epiſcopatum, vnà cum Formiano, Caietam tranſlatum ſcribit Baronius ad Martyrol. Rom. 2. Iunij. 164

MIRAPICVM, *Mirepoix*, V.E. ad amnem Lertium ſub

ſub A. Toloſano. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. an. 1217.

Mirobriga. Vide Civitas Roderici.

Misenvm, *Miſeno*, V olim E. Campaniæ maritima, ad Miſenum promontorium.

Misna ſeu Misena, *Meiſſen*, V.E. Saxoniæ, ad Albim fl. ſub A. Magdeburgenſi. De rebus Miſnenſibus ſcripſere, Sigebertus presbyter, Georgius Fabricius, Rainerus Reneccius, & Petrus Albinus. 206

Misthea, A. xxiv. ſub Patriarchâ Conſtantinopolitano, apud Leonem Imp. in Diſpoſ. 25

Mitylene, *Metelin*, vrbs primaria Leſbi inſulæ, in Ægæo mari: à quâ hodie tota inſula *Metelin* dicitur. Fuit olim M.l. temporibus Leonis Imp. & lii. temporibus Andronici. De eâ vide Bellonium lib. 2. Obſer. cap. 7. 114. 120

Modoctia, *Monza*, præclarum Inſubriæ opidum, vbi Imperatores ſolent coronam ferream accipere.

Rhædestvs, vrbs Thraciæ ad littus Propontidis, Ptolemæo, & Leoni Imp. in Diſpoſitione nota, hodie *Rodoſto*, Epiſcopum habuit Heraclienſi M. ſuffraganeum. 103
Rhegivm Ivlii, *Reggio*, V. A. Brutiorum antiqua, in Calabriâ. 111.169
Rhegivm Lepidi, *Reggio*, V. E. antiqua Æmiliæ, ſub A. Bononienſi, paret Duci Mutinenſi, gentis Eſtenſis. 162
Rhodvs, *Rhodo*, inſula maris Carpathij, M. ſub P. Conſtantinopolitano, deſcribitur à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 13. Fuit olim ſedes Equitum Ioannitarum, qui inſulâ à Turcis an. 1522. occupatâ, inde in Melitam migrarunt. 112
Ricinetvm, olim Helvia Ricina, V.E. Piceni,

ceni, in ditione Pontificiâ. Sedes E. vnita eſt cum Lauretanâ, per Sixtum V. 159

RIGA, *Riga*, Liuoniæ metropolis, V. olim A. & Magiſtri Equitum Liuoniæ ſedes, emporium celebre, Regi Poloniç fidem & tributa hodie quidem præſtat, ſed in ceteris ius ſequitur municipale. Secundo lapide à Rigâ eſt *Dunamunta*, arx inexpugnabilis, præſidio Polonico munita. 213

RIPA, *Rype*, V. E. in Iutiâ ſeu Cimbriâ, regni Daniç prouinciâ, ſub A. Lundenſi. 221

RIPA TRANSONIS, *Ripa*, V. E. Piceni, ſub A. Firmano. 162

RIVI ſeu RIVENÆ, *Rieux*, *Rioux*, V. E. ſub A. Toloſano, nomen habet à riuo nomine Riza, qui opidum pænè circumfluit. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. 200

ROMA, vrbs toto terrarum orbe notiſſima, olim Imperatorum, nunc Pontificũ Romanorum ſedes: de quâ ſilere præſtat quàm pauca dicere. 1.157

ROSCHILDIA, *Roſchilt*, V. E. regni Daniæ, in Zelandiâ inſulâ, tumulis Regum nobilitata, ſub A. Lundenſi. 221

ROSCIANVM, hodie ROSANVM vel ROSSANVM, *Roſano*, V. A. Magnæ Græciæ. Sedem ex opido THVRIO, nunc vaſtato, huc tranſlatam ſcribit Barrius lib. 5. de antiquit. Calabriæ: additque Roſſanenſem Eccleſiam ſuo æuo Latinam eſſe factam, quæ anteà ritum ac linguam in ſacris Græcam ſeruarat. Fuit olim in eodem tractu MAVRVM, V. E. inter Thurium & Coriolanum. 170.

ROSETVM, *Groſſeto*, V. E. Etruriæ ad oram maris Tyrrheni, ſub A. Senenſi. 176

Ro-

ROSONA vel ROSONVM, *Caſtel nouo*, V.E. regni Dalmatiæ, ſub A. Raguſino. 183
ROSSIA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 21
ROSTOVIVM, *Roſtow*, V. A. Moſcouiæ ad lacum, vnde Cotoroa fl. emergit, diſtat 34. milliaribus Germanicis à Moſcuâ. 215
ROTOMAGVS VENELLOCASSIVM, vulgò ROTOMAGVM, *Rouen*, V. A. Galliæ, & ſedes Parlamenti Normanniæ. 193
RVREMVNDA ſiue RVRÆMONDA, *Rurmonde*, V. E. Geldriæ, ad Moſæ & Ruręconfluentem, ſub A. Machlinienſi. Epiſcopatum inſtituit Paulus IV. an. 1559. 201
RVSIVM, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 22
RVSSIA duplex eſt, NIGRA & ALBA: illa Poloniæ contermina eſt, &ad regnũ Polonię pertinet; hæc ditionis Moſcouiticę pars eſt. RuſſięNigrę vrbs A. eſt Leopolis; Epiſcopales autẽ Chelma, Premiſla, Kiouia & Luceoria, de quibus lib. 4. c. 19. egimus. De Ruſſiæ Albæ Epiſcopatibus vide cap. 21. 212
RVTHENI ſiue RVSSI, Sarmatiæ populi, à Clemente VIII. in communionem S.R.E. an. 1596. ſunt recepti. De vetuſtis eorum erroribus, quos ferè communes habent cum Gręcis, vide Poſſeuinum in Moſcouiâ. 213
RVTENI, I. Cęſari Gallię populi in conſpectu Auerionis fluuij. SEGODVNVM RVTENORVM, *Rodes*, V.E. ſub M. Bituricenſi. 196

S.

SABARIA, Plinio in Norico, Ptolemęo in Pannoniâ ſuperiore, S. Martini E. Turonenſis patria, hodie opidum Hungariæ, quod Germani *Stain am Angern* vocant.

SABAVDIA, *Sauoye*, veterum Allobrogum prouincia. Sabaudiæ Ducum hiſtoriam poſt alios ſcripſit nuper Lambertus Vander Burchtius. 174

SABINI, vetuſti Italiæ populi, à quibus hodieque Sabinia regio *Sauina* dicitur, quæ inter lacum Velinum, vrbem Reatinam, Tiberim, Narnem & Anienem flumina continetur. 158

SABIONA. Vide BRIXINA.

SAGONA, *Sagon*, V. olim E. Corſicæ, ſub A. Piſano: ſed vrbe à piratis vaſtatâ, Sagonenſis E. nunc reſidet in Vicenſi aut Caluenſi opido eiuſdem inſulę; Gregorio XIII. adprobante. 176

SAIORVM ciuitas, *Sais*, *Ses*, V. E. Normannię, ſub A. Rotomagenſi. 193

SALARIA, V. olim E. Hiſpanię Tarraconenſis, prope Cazorlam. Eſt & alia SALARIA in Oretanis.

SALERNVM, *Salerno*, V. A. maritima Regni Neapolitani, & Academia vetus, gaudet titulo Principatus, gentis Grimaldæ apud Genuenſes claræ. In hac vrbe corpus S. Matthęi Apoſtoli ſummâ veneratione adſeruatur. 165

SALISBVRGVM, olim IVVAVIVM, *Saltzburg*, ad Iuuauium fluuium, qui hodie *Salza* nuncupatur, V. A. Germaniæ. 207

SALMANTICA, *Salamanca*, V. E. & Academia celeberrima Hiſpaniæ, ſub A. Compoſtellano. Academiam inſtituit Alfonſus IX. Rex Legionis. 187

SALONA & SALO, *Salona*, V. E. Dalmatiæ antiqua, ditionis Venetæ, ſolo ferè æquata iacet. 180

SALVTIÆ, *Saluzzo*, V. E. ab omni iuriſdictione A. exempta, Marchionatus Salutienſis caput. 175

SAMAROBRINA AMBIANORVM, Ioſ. Scaligero, *Amiens*, V. E. ſub A. Remenſi. Aliis eſt Cameracum

Digitized by Google

racum, *Cambray*, quaſi *Sambray*. 159

SAMBIA, Pruſſiæ Ducalis prouincia: cuius Epiſcopus in Regio-Monte olim reſidere ſolebat. Sed Epiſcopatum extinxit Albertus Brandeburgicus, ex Magiſtro Equitum Teutonicorum creatus Dux Pruſſiæ. 213

SAMVS ſiue SAMOS, *Samo*, inſula maris Ægæi, ſolo canali ab Aſiæ continente ſeparata: olim adeò potens fuit, vt cum Athenienſibus certaret, ſuo tamen tempore prorſus deſertam fuiſſe, ob piratarum excurſiones, Bellonius lib 2. Obſer. cap. 19. commemorat. Habuit olim Epiſcopum Rhodienſi A. ſuffraganeum. 112

SANADRIVM. Vide SPALATVM.

SANICIENSIVM ciuitas, *Senas*, V.E. regni Galliæ, ſub A. Burdigalenſi. 197

SANITIVM VESDIANTIORVM, *Senas*, in Alpibus Maritimis, V.E. Galliæ ſub A. Ebrodunenſi. 199

SANTONES, populi veteribus noti. MEDIOLANVM SANTONVM, *Saintes*, V.E. ſub A. Burdigalēſi. 197

SARDICA, Turcis *Triaditze*, vrbs Thraciæ: in quâ habitum eſt Concilium Sardicenſe, in cauſſâ S. Athanaſij.

SARDINIA, *Sardegna*, inſula regio titulo ornata, Regi Catholico paret. Fuere in eâ inſulâ olim XIV. vrbes Epiſcopales: hodie ſeptem ſunt vrbes, in quibus Epiſcopi reſident: Calaris, Saſſaris, Arborea, in quibus Archiepiſcopi; Villa Eccleſiæ, Boſa, Algerium, Caſtrum Aragonenſe, & Læſa, in quibus Epiſcopi commorantur. Ita Ferrarius in Topographiâ Martyrologij Rom. 172

SARDIS, vrbs Lydiæ in Aſiâ.

SARLATVM, *Sarlat*, V. E. Galliæ, ſub A. Burdiga-

digalenſi, detracta D. Petrocorienſi. 197

SARSINA, SASSINA, vel FARSINA, *Sarſina*, V. E. Vmbriæ, ſub A. Rauennate, Plauto ciue gloriatur. Qui Sarſinenſis idem & Boienſis eſt Epiſcopus: vt tradit Ferrarius. 161

SARSANA, *Sereſana*, V.E. ſub A. Mediolanenſi, ditionis Genuenſis. Epiſcopalem ſedem Lunâ huc tranſtulit Nicolaus V. Papa. 176

SASSARIS, *Saſſari*, V. A. Sardiniæ, ad quam tranſlata eſt cathedra A. Turritana. 173

SATRIANVM. Vide CAMPANIA.

SAVONA, *Sauona*, V. E. ditionis Genuenſis, ſub A. Mediolanenſi, patria Iulij II. 174

SAXONIA, *Sachſen*, Germaniꝗ regio ampliſſima, Ducatus & Electoratus dignitate nobilis: cuius metropolis eſt Wittemberga, ad Albim, Academia anno 1502. inſtituta. Saxoniæ cohærent THVRINGIA Lantgrauiatus titulo nobilis, & MISNIA. In Thuringiâ ſunt *Erphurdia*, vrbs Germaniæ ampliſſima, ob Academiam an. 1392. per Bonifacium VIII. priuilegiis auctam nota; *Iena* ad Salam fluuium, Academia anno 1558. inſtituta; & *Wimaria*, Ducum Saxoniæ ſedes. In Miſniâ ſunt, *Miſena*, V.E. ad Albim; *Dreſda*, Electoris Saxonici ſedes, & *Lipſia*, emporium atque Academia anno 1408. Pragâ eò tranſlata. Saxoniæ & Vandaliꝗ Epiſcoporum res geſtæ leguntur apud Albertum Crantzium: quem excepit Dauid Chytrꝗus, ſed cautè legendus. 206

SCALHOLTVM, *Scalholt*, V. E. Iſlandiæ inſulꝗ, ſub A. Nidroſienſi. 221

SCALIS, *Scala*, V. E. Picentinorum, apud Amalphim, ſub A. Amalphitano. 165

SCA-

SCAMANDRIA, vrbs Aſiæ, nunc diruta: excuius ruderibus ædificata eſt arx Abydi, ad Boſporum Thracium; teſte Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 3.

SCARDONA, *Scardona*, V.E. Liburniç, ſub A. Spalatenſi, tenetur à Turcis. Vide SEBENICVM. 180

SCODRA, *Scutari*, V.E. Illyrici, ſub A. Antiparenſi, olim Venetorum, nunc Turcarum. 181

SCOTIA, pars Britanniç inſulæ, Regni titulo nobilis, habet VV.AA. duas, Andreapolim & Glaſcuam; Epiſcopales verò ſedes vndecim, lib. 4. c. 22. recẽſitas. Scotiç hiſtoriam ſcripſere Hector Boëthius, Ioannes Leſlęus Epiſcopus Roſſenſis, & Georgius Buchananus: quorum poſtremus, vtpote Caluiniſta, cautè legendus eſt. Scotiç caput eſt Edimburgum, Regum & Senatus ſedes. Roſſenſem, Brechinenſem, Dunckeldenſem & Dumblanenſem EE. inſtituit ac dotauit Dauid I. Scotiæ Rex: idemque Murthlaco Aberdoniam ſedem tranſtulit, teſte Boëthio lib. 12. 217

SCYLLACEVM, *Squillaci*, V.E. antiqua Magnę Gręciç, ſub A. Rhegienſi, patria Caſſiodori. 170

SCYTHOPOLIS, M. ſub P. Ieroſolymitano. 146

SEBASTÆA, M. in Armeniâ, ſub P. Conſtantinopolitano. 105

SEBENICVM, *Sabenico*, Ptolemęo SICVM, vrbs Liburniæ amœna, ſub Venetis, ſed hodie parum culta, ob frequentes Turcarum excurſiones, qui Scardonam in aduerſâ Scardonis fl. ripâ obtinent. Sebenico Epiſcopum dedit Bonifacius VIII. Spalatenſi A. ſuffraganeum. 180

SECCOVIA, *Seckaw*, V.E. Germaniç, ſub A. Saliſburgenſi. Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Eberhardus A. Saliſburgẽſis circa an. 1214. 207

SEDVNVM, Germanis *Sitten*, Gallis *Sion*, V.E. Rhętorum ſeu Griſonum, ſub A. Tarentaſienſi. 175
SEGESTORIORVM vel CESTERONENSIVM ciuitas, *Ciſteron*, V.E. Galliæ, ſub A. Aquenſi. 198
SEGOBRICA ſeu SEGOBRIGA, *Segorbe*, V. E. Hiſpanię, olim Toletano, nunc A. Valentino ſuffraganea. 190
SEGONTIA, *Siguenza*, V.E. Hiſpaniæ, olim & nunc ſub A. Toletano. Epiſcopus eſt vrbis dominus in temporalibus vt loquuntur. 186
SEGOVIA Plinio, vulgò *Segobia*, V.E. Hiſpaniæ, lanificio inſignis, olim & nunc A. Toletano ſuffraganea. 186
SEGOVIA NOVA, V.E. in Philippinis inſulis. 227
SELEVCIA, M. ſub P. Antiocheno. 139
SELEVCIA, M. ſub P. Conſtantinopolitano. 111
SELEVCIA PIERIÆ, *Seleucie Ielber* Leonardo Sidonienſi, V.A ſub P. Antiocheno. 143
SELEVCIA Parthorum, ad Tigrim. Vide MVSAL.
SELGA, A. ſub P. Conſtantinopolitano. 22
SELYBRIA vel SELYMBRIA, vulgò *Selibria*, vrbs Thracię ad oram Propontidis, vnius diei itinere à Conſtantinopoli diſtat, deſcribiturq; à Bellonio lib. 1. Obſeruat. cap. 68. & à Buſbequio in Itinere Conſtantinopolitano. Fuit primùm A. poſteà M. ſub P. Conſtantinop. 22.124
SENA, quæ Ptolemæo SÆNA, *Siena*, V.A. Etrurię, & Academia, paret Magno Etrurię Duci: de quâ vide Cæſarem Orlandium, & Auguſtinum Dathum. 176
SENOGALLIA, *Sinigallia*, V.E. antiqua, ſub A. & Ducatu Vrbinate. 178
SENONES, Galliæ populi, Cæſari & aliis noti. AGEN-

DICVM SENONVM, *Sens*, V.A.regni Galliȩ. 195

SEPTA, *Centa*, V.E. Mauritaniȩ Tingitanȩ, ſub A. Oliſiponenſi, paret Regi Catholico. 191

SEPTEMPEDA, *San Seuerino*, V.E. Piceni, ſub A.Firmano. 162

SEQVANI, *Le pais de Bezançon, & Franche-Comté.*

SERGIOPOLIS, M.ſub P. Antiocheno. 141

SERRÆ, arum, M. ſub P. Conſtantinopolitano.

SERRA, *Serra*, V. E. Chriſtianorum S. Thomȩ, in Indiâ Orientali, Dicti homines Chriſtiani à S.Thomâ ad fidem conuerſi, ſedem habent in prouinciis de *Cranganor*, *Camori*, *Malabar*, *Trauancor*, & aliis vicinis. Solet ipſis Neſtorianorum hȩreſi infectis Epiſcopus dari à Patriarchâ Babyloniȩ; obiitque poſtremus ipſorum Epiſcopus Neſtorianus, nomine *Mar Abraham*, an. 1597. Poſt cuius obitum, Alexius Menezius, Archiepiſcopus Goanus, ex ordine Eremitarum S.Auguſtini, in opido *Diamper*, apud dictos Thomȩos Synodum celebrauit, ipſoſque ad S.R.Eccleſiæ communionem reduxit; Franciſco Rozio Syriacæ linguæ perito (quâ in ſacris vtuntur) dato iiſdem Epiſcopo, atque in opido Serrâ collocato. Sic Ioannes Sanctius in Hiſtoriâ ſuâ Orientali, Eboræ an. 1608. Luſitanicè editâ. Exſtat & commentarius de rebus geſtis eiuſdem Alexij Menezij. 224

SESTVS vel SESTOS, opidum vetus in Thraciȩ Cherroneſo, nunc arx munitiſſima, ex oppoſito Abydi, prȩſidio Turcico inſtructa, à Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 3. deſcribitur. Ex ratione ſitus, poëtæ fabulam de Leandro & Hero ſcribendi occaſionem ſumpſere.

Setabis, ſeu potiùs Sætabis, *Xatiua*, prope Valentiam, V. olim E. ſub A. Toletano.

Setinvm, *Sezza*, V. E. prouinciæ Rom. 164

S. Severini. Vide Septempeda.

Sicilia, omnium inſularum maris Mediterranei maxima, titulo regio nobilis, paret Regi Catholico. Sunt in eâ vrbes AA. tres, Panormum, Meſſana, & Mons Regalis. 172

Sida, M. in Pamphyliâ, ſub P. Conſtantinop. 105.

Siderocapsa, pagus Macedoniæ, auri & argenti fodinis nobiliſſimus, & Turcarum Imperatori vtiliſſimus, deſcribitur à Bellonio Obſeruat. lib. 1. cap. 49. & ſeqq.

Signia, *Segni*, V. E. prouinciæ Romanæ. 159

Silesia, Germanię regio, ad regnum Bohemię pertinens: cuius caput eſt Vratiſlauia, V. E. ſub A. Gneſnenſi. 211

Silvadvcis ſiue Bvscvmdvcis, *Hertoghenboſch*, *Bolducq*, V. E. Brabantiæ, ſub A. Mechlinienſi, veteribus *Orten* fuit: vt ex Philippi Imp. diplomate Petrus Diuęus lib. 1. Rerum Brabanticarum cap. 9. probat. Epiſcopatum an. 1559. Paulus III. inſtituit. 202

Silvanectvm, *Senlis*, V. E. ſub A. Remenſi, decimo lapide à Lutetiâ Pariſiorum. 195

Silvis. Vide Algarbia & Ossonoba.

Sina vel Sinai. Vide Mons Sina.

Singidvnvm, *Semender*, Hungaris *Zenderin*, Italis *Samandria*, V. E. Seruię ſeu Myſię ſuperioris, ad Danubium, à Turcis an. 1439. capta. In eâ habitum arbitror Conciliabulum Arianorum an. 366. cuius meminit Hilarius.

Sinvessa, quæ & Sinope, V. olim E. Campanię:

ex cuius ruinis conſtructa putatur Arx Montis Dragonis, *Rocca di Mondragone*, opidum non contemnendum.

SIPONTVM, *Siponto*, V. olim A. cuius ruinæ oſtenduntur ad radices Montis Gargani. Sedes inde Manfredoniam eſt tranſlata. 168

SIRMIVM, *Sirmiſch*, V.E. Pannoniæ inferioris, ſub A. Colocienſi, Probi Imp. natalibus inclyta, & Imperatorum olim ſedes atque altrix. In eâ habitum eſt Concilium Sirmienſe anno Chriſti. 357. 210.

SISCIA, *Siſſech*, *Sittis*, Plinio, Ptolemæo, aliiſque nota, V. olim E. Pannoniæ ſuperioris, ad Colapis & Saui confluentem, nunc arx Epiſcopi & Collegij Canonicorum Eccleſię cathedralis Zagabrienſis, contra Turcarum inſultus. Ita Ferrarius. Alij ſcribunt Siſcię rudera hodie *Soſſed* ab accolis nuncupari, & ſedem inde Zagabriam eſſe tranſlatam. Siſcia Apoſtolum habuit S. Quirinum E. Laureacenſem & martyrem, à Prudentio verſibus celebratum. 210

SITEA, *Sittia*. V.E. Candiæ inſulæ. 181

SLESVICVM, *Schleſwick*, V E. Holſatiæ, ſub A. Lundenſi, ad Sliam fluuium, ſeu ſinum maris Eoi. Epiſcopatus inſtitutus eſt circa an. 948. ſed anno 1556. Fredericus II. Daniæ Rex diœceſim occupauit. 221

SMOLENCIVM, *Smolenski*, V.E. Moſcouię, prope fines Ruſſiæ Lituanicæ ſita, ad fl. Boryſthenem, diſtat Moſcuâ ferè 90. milliaribus Germanis. 215

SMYRNA, vrbs Aſię, cuius Epiſcopus fuit Polycarpus, S. Ioannis Euangeliſtę diſcipulus.

SOPHIA, *Sophia*, vrbs Seruiæ, hodieque populoſa, M. ſub

M. ſub P. Conſtantinopolitano, fuit olim Regum Bulgarorum, poſteà Deſpotarum Seruiæ, nunc Turcarum: deſcribiturque à Busbequio in Itinere Conſtantinopolitano.

Sora, *Sora*, V. E. & Ducatus regni Neapolitani, patria Cæſ. Baronij Card. 164

Soteropolis, primùm A. poſteà M. ſub P. CP.

Spalatvm, *Spalatro*, V. A. Dalmatiæ, ad mare Adriaticum, ditionis Venetę, ſeptem habet EE. ſuffraganeos, Segnienſem, Nonenſem, Pharenſem, Tragurienſem, Sanadrienſem, Scardonenſem & Tinienſem: vt ex monumentis illius Eccleſiæ ad Vrbem miſſis accepi. 180

Spalis olim, nunc Hispalis, *Seuilla*, V. A. Hiſpanię. Catalogum AA. Hiſpalenſium ſcripſit Alfonſus Morgadus. 188

Spira Nemetvm, *Speir*, V. E. Germaniæ, ſub A. Moguntino. De rebus Spirenſibus conſule Eiſengrenium. 204

Spoletvm & Spoletivm, *Spoleti*, V. E. Vmbriæ, olim Ducum Spoletanorum ſedes. Vide Hispellvm. 159

Stabiæ, *Caſtel à mare di Stabia*, V. E. antiqua Campaniæ maritima, ſub A. Surrentino. 166

Stagnvm, *Stagno*, V. E. Reipublicæ ac prouinciæ Raguſinæ, in Dalmatiâ. 183

Stavropolis, in Cariâ, M. ſub P. CP. 107

Stocholmia, ſiue Holmia, *Stocholm*, regni Suecię metropolis. 222

Strigonivm, *Gran*, V. A. Hungariæ ad Danubium, à Turcis an. 1543. capitur. 209

Svana, *Soana*, V. E. Etruriæ, ſub A. Senenſi, patria S. Gregorij VII. Papæ. 176

Sve-

SVECIA, *Sweden*, regio nota Plinio, omnium Aquilonarium fertiliſſima. Poſt Crantzium, de Gothorum Suecorumque Regibus, itemque de Epiſcopis Sueciæ ſcripſit Ioannes Magnus. 222

SVELLIS, *Suellis*, V. olim E. Sardiniæ mediterranea, nunc opidulum, nomen retinens: cuius Epiſcopatus cum Calaritano A. coniunctus eſt. 172

SVERINA, *Swerin*, V.E. in Ducatu Megapolitano ſeu Mechlenburgenſi, ſub A. Bremenſi. Cathedra primùm in Mechlenburgo, amplâ olim & copiosâ vrbe, per Albertum A. Bremenſem anno 1062. fuit collocata, petente Godſcalco Vandalicæ gentis Principe. Mechlenburgo bellis Vandalicis poſteà deleto, inde per Henricũ Leonem circa an. 1168. Suerinam eſt traducta. 208

SVESSA, *Seſſa*, V.E. Campaniæ, ſub A. Capuano, gaudet titulo Ducatus. *Sezza* autem veteribus fuit SETINVM. 164

SVESSIONES, ad Axonam fl. Galliæ populi, I. Cæſari aliiſque veteribus noti. AVGVSTA SVESSONVM, *Soiſſons*, V.E. prima, ſub A. Remenſi. Vnde verſiculus:

Vrbs debet verè hæc poſt Remos prima ſedere.

Gaudet eadem vrbs titulo Comitatus, ad gentem regiam Borboniam ſpectante. 195

SVGDÆA, olim A. poſteà M. ſub P.CP. 128

SVLCI ſeu SVLCHI, *Solci*, Colonia Romana, & V.E. Sardiniæ, ſub A. Calaritano, cui adiacet inſula Sulcitana, *Iſola di S. Antioco*. Sulcitanus E. in Villâ Eccleſiæ, celebri opido, nunc commoratur. 172

SVLMO, V.E. Pelignorum, Ouidij poëtę patria, gaudet titulo Principatus, olim gentis Lannoiæ,

ex Belgicâ noſtrâ oriundæ, nunc Burgheſię. 169

SVRRENTVM, *Sorrento*, V. A. regni Neapolitani maritima. 165

SVSDALIA, V. E. Moſcouiæ, inter Roſtouium & Volodimeriam, diſtat Moſcuâ 44. milliaribus Germanicis. 215

SVTRIVM, *Sutri*, V.E. prouincię Romanæ. 158

SYMANDRIA, ad ripam Danubij, arx quondam Deſpotarum Seruiæ: teſte Buſbequio.

SYRACVSÆ, *Siracoſa*, *Siragoſa*, V. E. Siciliæ antiquiſſima, ſub Archiepiſcopo Montis Regalis. Fuit olim M. ſub Gręcis. 115. 172

T.

TAGASTA, vrbs Africæ, S. Auguſtini natalibus clara. 99

TALAVERA. Vide ELBORA.

TANA, vrbs extima Euxini Ponti, ſubeſt Turcis.

TARANTASIA ſeu TARENTASIA, apud Antoninum, *Mouſtier* & *Tarantaiſe*, V. A. Centronum, ſub ditione Ducis Sabaudiæ. 175

TARBA BIGERRONVM, *Tarbe*, V.E ſub A. Auſcenſi, in Vaſconiâ. 197

TARENTVM, *Taranto*, V. A. Magnæ Græciæ maritima, in regno Neapolitano. 166

TARRACINA ſeu TARACINA, *Terracina*, V.E. maritima, prouinciæ Romanæ. 259

TARRACO, *Tarragona*, Scipionum opus, V. A. Catalonię, cui olim Sedes XIV. Epiſcopales fuerunt ſuffraganeæ, Dertoſa, Cæſarauguſta, Turiaſo, Calagurris, Auca, Pompelona, Oſca, Ilerda, Barcino, Egara, Auſona, Gerunda, Emporię, & Vrgella.

TARSVS, vrbs Ciliciæ, D. Pauli Apoſtoli patria, hodie

hodie *Hama* ſiue *Hamſa*, teſte Bellonio, M. ſub P. Antiocheno. 135

Tartari ſiue Tatari, per vaſtas Scythiæ ſolitudines ad Septemtrionem porrectas habitant in Europâ & Aſiâ: quibus vnus olim Chamus ſiue dominus, nunc plures ſciſſo imperio dominantur. De iis fusè Thuanus Hiſt. lib. 67. Sunt qui tradunt Anſelmum ord. S. Dominici, & Odoricum ord. S. Franciſci, an. 1247. ab Innocentio IV. miſſos fuiſſe ad Magnum Chamum, Cathaij dominum. Inter Tartaros Cumanos ſunt hodieque plurimi homines Chriſtiani ritus Latini: à quibus Marcus Antonius Spinula, patriâ Tartarus, ſed origine Genuenſis, patrum memoriâ, ad Stephanum BattoriumPoloniæRegem miſſus eſt. 56

Tarvisivm, *Treuiſi*, V. E. Venetiæ, ſub A. Aquileienſi. 179

Tavrianvm, non *Terano*, ſed *Seminara*, V. olim E. Calabriæ inferioris, ad Metaurum flumen: quæ ex reliquiis Tauriani eſt conſtructa.

Tavrinvm ſiue Avgvsta Tavrinorvm, *Turino*, V. A. Pedemontanæ ditionis caput, Ducum Sabaudiæ ſedes, & Academia. 174

Tavrvnvm ſiue Belgradvm, Hungariæ vrbs munitiſſima, ad Danubij & Saui confluentem, quam Solimannus noſtris an. 1521. eripuit.

Tavromenivm, *Taormina*, V. olim E. Siciliæ maritima.

Telonvm, ſiue Tolonum, *Tolon*, V. E. regni Galliæ, ſub A. Arelatenſi. 200

Temesa. Vide Argentanvm.

Temixtitan, vrbs ampla Nouæ Hiſpaniæ in Indiâ Occidentali: cuius vrbis Epiſcopus, ex ordine

S.Franciſci,inſignem Epiſtolam an.1531. ſcrip de conuerſione Indorum,cum Chronico Ama di Zirixæi an.1534.Antuerpiæ publicatam.

TENEDOS inſula Ægæi maris, ex oppoſito ruderu Troiæ, olim Epiſcopum habuit Mitylener M.ſuffraganeum. 11

TERDONA ſiue DERTONA, *Tortona*, V.E. ſub A. à Ducatu Mediolanenſi. 17

TERGESTE & TERGESTVM, *Trieſte*, V.E. Carnorun maritima, ſub P. Aquileienſi, Principibus Auſtriacis paret. 179

TEROANA MORINORVM, *Ternane*, V. olim E. ſub A. Remenſi,an.1552. funditus deleta, iuſſu Caroli V. Imperatoris. Eius ſedes Epiſcopalis, cum parte prœdiorum, inde Bononiam tranſlata, vbi eſt Nauale veteribus GESORIACVS dictum: vt tradit I. Scaliger in Notitiâ Galliæ. Epiſcopatus eiuſdem prœdiorum pars altera Epiſcopis Audomarenſi & Iprenſi eſt aſſignata. Teroanæ rudera ſpectantur in finibus Arteſiæ, & vetus nomen retinent. 77

THANASIVM ſiue THANEOS, V. E. Ægypti, ſub A. Damiatæ, donata eſt titulo Epiſcopali circa annum 1220. 133

THASVS, *Taſſo*, inſula maris Ægæi, Lemno vicina,à Bellonio deſcribitur lib.1. Obſeruat.cap.34.

THEANVM, *Teano*, V.E. antiqua Campanię, SIDICINVM, ad alterius Theani diſcrimen, nuncupatum, ad radices Montis Maſſici, ſub A. Capuano. 164

THEATE, *Ciuita di Chieti*, V. A. regni Neapolitani, per Clementem VII. an. 1526. 168

THEBE, *Stiues*, M.ſub.P.Conſtantinop. 121

THEO-

Theodosia. Vide Caffa.

Theodosia Gangrorvm. Vide Paphlagonia.

Theodosiopolis, M. ſub P. Antiocheno. 141

Thessalonica, *Salonichi*, vrbs hodieque opulenta Theſſaliæ, deſcribitur à Bellonio lib.1. cap. 49. fuitque M. ſub P. Conſtantinopolitano. 106

S. Thomæ inſula. Vide Gvinea.

Thvrivm. Vide Roscianvm.

Tiberiopolis, M. ſub. P. Conſtantinop. 122

Tibvr, *Tiuoli*, V. E. antiqua Latij & prouinciæ Rom. ad Anienem fl.

Ticinvm. Vide Papia.

Tigisis vel Tigisi, Antonino nota, Numidię metropolis & V. A. vt patet ex S. Auguſtino lib. 3. contra Creſconium cap. 27. vbi agit de Secundo Tigiſitano primæ cathedrę Epiſcopo, deque Cirtenſi Concilio ab eodem indicto. Apud Ptolemæum eſt Tigis, fortè eadem cum Tigiſi. In eadem Numidiâ fuit & Cirta V. E. vt patet ex dicto Concilio Cirtenſi. 100

Tifernvm vel Tiphernvm Tiberinvm, *Citta di Caſtello*, V. E. Vmbriæ, ad Tiberim. 159

Tifernvm Metavrense, *S. Angelo in Vado*, V. olim E. Vmbriæ, ad Metaurum.

Tigris, fl. Meſopotamiæ, accolis hodie *Digilah* vel *Diguilah*, teſte Petro Texerâ.

Tingis, *Tanger*, V. E. Mauritanię, ſub A. Eboreñſi. 192

Tirolensis Comitatus, *Tirol*, iacet inter Atheſin & Oenum flumina, interque Alpium iuga: habetque omnis generis metalla nobiliſſima. Caput prouincię eſt Oenipons, *Inſpruck*, vrbs egregia, ad Oeni ripam ſita, ſedes Principis, & Parlamenti ditionum Auſtriacarum.

TOLENTINVM, *Tolentino*, V.E. Piceni, ſub A. F. mano. 1(

TOLETVM, *Toledo*, caput Carpetaniæ, V. A. Hiſpan ad Tagum fluuium: cui olim ſuffraganeæ fu(runt EE. ſedes duæ & viginti; Complutum Oxoma, Palentia, Valeria, Segontia, Segouia Arcabrica, Oretum, Valentia, Dianium, Setabis Carthago, Baſti, Menteſa, Acci, Beatia, Segobrica, Caſtulo, Bigaſtrum, Illicis, Aſtigi, & Elotona: vt tradit Loaiſa in Notis ad Concilium Lucenſe. Hodie pauciores Toleto ſunt ſuffraganei Epiſcopatus, multiplicatis nimirum Archiepiſcopatibus in Hiſpaniâ: vt lib. 4. cap. 13. docuimus. Primus E. Toletanus fuit S. Eugenius, S. Dionyſij Pariſiorum Epiſcopi diſcipulus. 186

TOLONVM. Vide TELONVM.

TOLOSA, *Toloſe en Languedoc*, V. olim E. in Prouinciâ Narbonenſi, nunc A. & Academia in regno Galliç, ad fl. Garumnam. 200

TOMERII. Vide S. PONTII.

TOPATVM, *Derpt*, V. E. Liuoniæ mediterranea, ſub A. olim Rigenſi. 213

TORCELLVM. Vide ALTINVM.

TORNACVM, *Tournay*, *Dornick*, V. E. Flandriæ, olim Remenſi, nunc Cameracenſi A. ſuffraganea, proprium primò Antiſtitem habuit, vſque ad annum Chriſti 521. quo Nouiomenſis & Tornacenſis ſedes vnitæ fuerunt. Quæ vnio durauit vſque ad tempora S. Bernardi: quo agente proprius Tornaco rurſum Epiſcopus an. 1146. ab Eugenio III. datus eſt. 202

TRAIANOPOLIS, *Traianopoli*, M. ſub P.CP. 119

TRAIECTVM INFERIVS, ad veterem Rheni alueum, hodie

hodie VLTRAIECTVM, *Vtrecht*, V.A. Batauorum. 202
TRAIECTVM SVPERIVS, ad Moſam fluuium, *Maeſtricht*, ſedes olim EE. Tungrenſium, qui nunc Leodij reſident. 205
TRANIVM, *Trani*, V. A. Apuliæ Peucetiæ maritima. 168
TRANSSILVANIA, Daciæ Ripenſis pars mediterranea: cuius vrbes primariæ ſunt, Hermannopolis *Hermanſtadt*, Stephanopolis, quæ & Corona, itemque Braſſouia dicitur, *Cronſtadt*, Claudiopolis, *Clauſenburg*, & Alba Iulia, Principis ſedes. 210
TRAPEZVS, *Trabiſonda*, ad mare Euxinum, olim Imperij ſedes, M. ſub P. Conſtantinopol. 119
TREBIA, *Treui*, V. olim E. Vmbrię, nunc opidum non obſcurum.
TREVERI. Vide AVGVSTA TREVERORVM.
TRICA olim, nunc TRICALA, vrbs Macedoniæ, Sangiaci ſeu Pręfecti Turcici ſedes, à Bellonio deſcribitur lib. 1. cap. 55.
TRICARICA, *Tricarico*, V.E. regni Neapolitani, ſub A. Materano. 166
TRICASSES, Galliæ populi, veteribus noti. AVGVSTOBONA TRICASSIVM, vulgò TRECÆ, *Trois en Champagne*, V.E. ſub A. Senonenſi. 194
TRICASTINORVM ciuitas, *Sainct Antoni de Tricaſtin*, aliis *Sainct Paul de Tricaſtin*, V. E. regni Galliæ, ſub A. Arelatenſi. 200
TRICORIENSIS ſeu TRECORENSIS ciuitas, *Triguier*, *Lantriguier*, V. E. Britanniæ Aremoricæ, ſub A. Turonenſi. 194
TRIDENTVM, *Trento*, V.E. Imperij Germanici, Con-

Concilio generali ſuperiore ſæculo ibi celebrato clariſſima. Tridentinorum EE res geſtas Ianus Pyrrhus Pincius Mantuanus, Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris Cubicularius, libris XII. complexus eſt. 179

TRIPOLIS SYRIÆ, hodie *Taraboli.*

TRIPOLIS Africæ, *Tripoli di Barbaria*, V. olim E. maritima. 100

TRIVENTVM, *Triuento*, V. E. in Comitatu Moliſij. 169

TROIA, V.E. Aſiæ minoris, à poëtis admodum celebrata; cuius murorum ac turrium rudera hodieque ad littus maris viſuntur, ex oppoſito Leſbi inſulæ; teſte Bellonio lib. 2. Obſer. cap. 6. Troianum agrum, vulgò *Troada*, Greci, Turcę & Arabes incolunt. Romanis latè imperium obtinentibus, Troia ab iiſdem inſtaurata, ALEXANDRIA nominata eſt: cuius Plinius meminit, & Seneca in morte Claudij Cæſaris. 104

TROIA, *Troia*, V.E. regni Neapolit. 171

TROPIA, *Tropea*, V.E. Brutiorum maritima, ſub A. Rhegienſi. 169

TVAMVM, *Toam*, V.A. Hiberniæ. 220

TVCCI, *Martos*, V. olim E. ſub A. Hiſpalenſi.

TVDE, *Tuy*, V.E. olim Bracarenſi, nunc Compoſtellano A. ſuffraganea, prope littus Oceani, ad Minij & Anæ confluentem. 188

TVDERTVM & TVDER, *Todi*, V.E. Vmbriæ, ad Tiberim. De Sanctis Tudertinis ſcripſit Ioannes Bapt. Poſſeuinus. 159

TVERIA, *Tuer*, V.E. Moſcouiæ, ad Volgam fl. diſtat Moſcuâ 36. milliaribus Germanicis. 215

TVLLVM LEVCORVM. Vide LEVCI.

TVNETVM, Straboni TVNIS, *Tuneſi*, V.A. Africæ propriè dictæ. 94

TVNGRI *Tongeren*, V. olim E. hodieque floret populo, & inſigni collegio Canonicorum B. Mariæ, tertio lapide à Leodio, ad Iecoram fluuium. Tungrenſis ſedes inde Traiectum ad Moſam per S. Seruatium Epiſcopum, & demum Traiecto Leodium per S. Lambertum itidem Epiſcopum tranſlata eſt; vt Sigebertus in Chronico commemorat. 205

TVRCO-GRÆCIA libris 8. deſcripta eſt à Martino Cruſio, Lutherano, ideoque cautè legendo. In ijs depingitur ſtatus Græcorum ſub Imperio Turcico, quò ad Eccleſiam & Politiam. 184

TVRIASO, *Tarazona*, V.E. Hiſpaniæ, olim Tarraconenſi, nunc Cæſarauguſtano A. ſuffraganea. 189

TVRINGIA. Vide SAXONIA.

TVRONES, Galliæ populi, in tertiâ Lugdunenſi prouinciâ, I. Cæſari, & aliis veteribus noti. CÆSARODVNVM TVRONVM, *Tours*, V. A. regni Franciæ, ad fl. Ligerim. Huius vrbis Antiſtites fuere S. Martinus, & S. Gregorius, inde Turonenſis dictus, Francorum Hiſtoriographus. 194

TVRRES, & ſingulari numero TVRRIS LIBYSONIS, *Torre*, V. olim A. Sardiniæ maritima: cuius hodie nihil exſtat præter rudera, templum & nomen. Succeſſit SASSARIS, ex reliquiis Turrium conſtructa, cuius Antiſtes hodieque Turritanus A. nuncupatur. 173

TVSCANIA, *Tuſcanella*, V.E. Italiæ, inter Viterbium & Caſtrum, equorum mercatu ac nundinis nota. Sedes E. hodie cum Viterbienſi eſt vnita. 158

TVSCVLVM, *Freſcati*, V.E. prouinciæ Rom. 158

TYANA, *Tiagna*, vrbs Cappadociæ, ad radices Tauri montis poſita.

TYRVS, *Sur*, M. primùm ſub Antiocheno, poſteà ſub P. Ieroſolymitano. 134

V.

VABRINCVM, *Vabres*, V.E. ſub A. Bituricenſi. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. in Vabrenſi, ſeu Vabrincenſi monaſterio, à Comitibus Toloſanis fundato. Gregorius XIII. monachos veſtem monaſticam exuere permiſit. 196

VALACHIA, regio Polonis contermina, 214

VALENTIA CONTESTANORVM, *Valencia*, V.A. Academia, & caput regni Valentini, in Hiſpaniâ, ad mare Mediterraneum. Archiepiſcopatũ inſtituit Alexander VI. an. 1492. Maioricâ & Carthagine contributis. Hodie ſuffragantur Patriarchæ & A. Valentino, Segobrica, Oriolum, & Maiorica; vt tradit Gaſpar Eſcolanus in ſuâ Hiſtoriâ Valentinâ, ibidem an. 1610. editâ. 190

VALENTIA SEGALAVNORVM, non autem CAVARVM, vt eſt apud Plinium, *Valence*, V.E. regni Galliæ, ſub A. Viennenſi. 199

VALERIA, V. olim E. Hiſpaniæ ſub A. Toletano, apud Quoncam, ad fl. *Guadiela*, à Mauris deſtructa. Alfonſus IX. Rex Valerienſem & Arcabricenſem ſedes Quonquam, quam Mauris eripuerat, auctoritate Lucij III. Papæ tranſtulit, & Ioannem Iannezium primum in eâ Epiſcopum conſtituit. 186

VALLISOLETVM, olim PINTIA, *Valladolid*, V.E. Vaccæorum in Hiſpaniâ, Cancellariæ Iuridicæ ſedes,

Digitized by Google

ſedes, Philippi II. Regis Catholici natalibus clara. 186

VALLIS VMBROSA, monaſterium in agro Florentino, intra excelſos Apennini colles, à S. Ioanne Gualberto Abbate, & illius Ordinis fundatore an. 1070. conſtructum.

VAPINCVM ſeu VAPINGVM, *Gap*, V.E. Galliæ, ſub A. Aquenſi. 198

VARADINVM, *Varadin*, V.E. Hungariæ Tranſdanubianæ, ſub A. Colocienſi. 210

VARMIA, *Warmerlandt*, Pruſſiæ Regalis prouincia, ſub ditione Regis Poloniæ: cuius Epiſcopus ſedem habet Brunſbergæ, vulgò *Braunſberg*. 212

VASATES. Vide COSSIO VASATVM.

VASCONIA, *Gaſcoigne*, olim AQVITANIA & NOVEMPOPVLANIA, ſic dicta à Vaſconibus Pyrenæorum populis, quos deuictos Ludouicus Pius Imp. in plana Nouempopulaniæ deduxit. 197

VASIO VOCONTIORVM, *Vaiſon*, V.E. ditionis Pontificiæ, ſub A. & Comitatu Auenionenſi. 201

VAVRVM, *la Vaur*, V.E. ad Acutum amnem, in diſtrictu Lauracenſi, ſub A. Toloſano. Epiſcopatum inſtituit Ioannes XXII. Papa: teſte Martino Polono. Lauracenſis ager croco excellenti abundat, vulgò *Lauragais*. 200

VSETENSIVM ciuitas Ioſ. Scaligero, VCETICA Gregorio Turonenſi, *Vſets*, *Vzes*, V.E. ſub A. Narbonenſi. 198

VECTICA, Plinio, Liuio & aliis, VETTONIA Prudentio, V. olim E. ſub A. Bracarenſi, in Extramaduræ tractu.

VEIENTES ſeu VEII, vetuſti Etrurię populi: quorum vrbs quo loco poſita fuerit, iam olim fuit

igno-

ignoratum. Ciuitatem Caſtellanam, quæ Epiſcopatu gaudet, non Veientium, ſed Faliſcorum eſſe opidum, docet Antonius Maſſa libro de origine Faliſcorum. 159

VELAVNORVM ciuitas, aliàs PODIVM IN VELAVNIS, *Le Puy en Velay*, V. E. Languedoquij, ſub A. Bituricenſi, ſita in editiſſimo loco, qui linguâ Gallorum *Puy*, id eſt Podium, dicitur. 196

VELITRÆ, *Belitre*, V. E. Latij, Liuio nota: cuius Epiſcopatus cum Oſtienſi eſt vnitus. 158

VENAFRVM, *Venafri*, V.E. regni Neapolitani, ſub A. Capuano. 164

VENTIVM NERVSIORVM, *Sainct Paul de Vences*, in Alpibus maritimis, V.E. regni Galliæ, ſub A. Ebrodunenſi. 199

VENDA. Vide VINDA.

VENETIÆ, vrbs Patriarchalis, ſita in intimo maris Adriatici receſſu, & Reſpublica potentiſſima: de quâ ſcripſere Sabellicus, Cantarenus, Bembus, & alij. 178

VENETI, Galliæ populi, I. Cæſari & aliis noti. VENETORVM ciuitas, *Vannes*, V. E. Britanniæ Aremoricę, ſub A. Turonenſi. 194

VENVSIA & VENVSIVM, *Venoſa*, V.E. antiqua Apuliæ Peucetiæ, ſub A. Materano, Horatij Flacci poëtæ patria. 166

VERCELLÆ, *Vercelli*, V. E. ſub A. Mediolanenſi, in Pedemontano Principatu. 173

VERDA, *Ferden*, V. E. Germaniæ, ad Viſurgis & Alleræ confluentem, quarto à Bremâ milliari, ſub A. Moguntino. Epiſcopatum inſtituit ac dotauit Carolus Magnus. 204

VE-

Digitized by Google

VEROMANDVI. Vide AVGVSTA VEROMANDVORVM.

VERONA, *Verona*, V.E. ſub A. Aquileienſi, ditionis hodie Venetæ. De Sanctis Veronenſibus ſcripſit Auguſtinus Valerius Card. & Epiſcopus Veronenſis. De eiuſdem vrbis origine viriſque illuſtribus ſcripſerunt Onuphrius Panuinius & Torellus Saraina. 179

VERVLI & VERVLVM, *Verulo*, V. E. prouinciæ Romanæ. 159

VESPRINIVM, *Veſprin*, V.E. Hungariç, ſub A. Strigonienſi. 209

VESVNTIO ſeu VESONTIO. Vide BISVNTIVM.

VETTIONA, *Bettona*, V. olim E. Vmbriæ. Plinius Vettionenſes populos memorat.

VICETIA Plinio, aliis VICENTIA, *Vicenza*, V.E. ſub P. Aquileienſi. 179

VICH. Vide AVSONA.

VICOHABENTIA, *Vicouenza*, V. olim E. Æmiliæ, ſub A. Rauennate, nunc pagus ditionis Ferrarienſis. Sedes Epiſcopalis inde Ferrariam dicitur tranſlata.

Vicus, *Vico della Baronia*, V.E. regni Neopolitani, ſub A. Beneuentano. 171

VIENNA ALLOBROGVM, *Vienne en Dauphiné*, V. A. regni Galliæ. Primus Viennenſium Epiſcopus fuit S. Creſcens, Pauli Apoſtoli diſcipulus. 198

VIENNA AVSTRIÆ, olim FABIANA, *Wien*, ad Danubium fl. Auſtriacorum Principum nobiliſſima ſedes, V. E. & Academia. Viennam fusè deſcripſit Wolfangus Lazius. 207

VIGILIÆ, *Biſegli*, V. E. regni Neapolitani, ſub A. Tranenſi. 168

VI-

VIGLEBANVM, *Vigleuano*, V. E. Inſubriæ, ſub A. Mediolanenſi. 173

VILNA, *Wilde* Germanis, *Vilenski* indigenis, *Vilna* Italis, Lituaniæ caput, V.E. ſub A. Gneſnenſi, antiqua Ducum Lituaniæ ſedes; nunc Palatini domicilium, ex quo Lituania regno Poloniæ acceſſit. In huius vrbis baſilicâ S. Mariæ ſacrâ Ruſſorum quoque Metropolitanus ſedem habet. 211

VINCENTIA. Vide VICETIA.

VINDA, Germanis *Wenden*, Polonis *Kies*, vrbs Liuoniæ; cui à Sixto V. Papâ, petente Stephano Battorio Rege Poloniæ, datus eſt Epiſcopus: atque is locum habet in comitiis inter Senatores regni Poloniæ. 211

VINDICVM AVRELIORVM CENOMANORVM, *Le Mans*, V.E. ſub A. Burdigalenſi. 197

VINDONISSA, *VVindiſch*, V. olim E. haut procul à Sempacho, Heluetiorum opido, pauculas nunc ædes habet, quę vicum efficiunt. Vindoniſſâ ab Alemannis vaſtatâ, ſedes E. tranſlata eſt Conſtantiam an. 597. per Childebertum II. Auſtraſiæ & Alemanniæ Regem. 204

VINTIMILIVM. Vide INTIMELIVM.

VIRDVNVM, aliis VERDVNVM, *Verdun*, V.E. olim Germanici, nunc iuris Francici, ſub A. Metenſi. Occupauit eam Henricus II. Galliæ Rex anno 1552. 205

VIRGINIA, regio Orbis Noui, à Richardo Grenuilio Anglo, Equite, an. 1585. detecta.

VITERBIVM, *Viterbo*, V. E. prouinciæ Romanæ, & ditionis Pontificiæ. 159

VIVARIO ALBENSIVM vel ELVENSIVM, *Viuiers*, V.E. Galliæ, ſub A. Viennenſi. 199

VLA-

Digitized by Google

VLADISLAVIA, *Vladiſlaw*, V. E. in Cuiauiâ, regni Polonici prouinciâ, ſub A. Gneſnenſi. 211

VLTRAIECTVM. Vide TRAIECTVM INFERIVS.

VNGARIA. Vide HVNGARIA.

VOLATERRÆ, *Volterra*, V.E. Etruriæ, ſub A. Florentino. 176

VOLOCHDA, *Wologd*, V. E. Moſcouiæ, diſtat Moſcuâ 80. milliaribus Germanicis. 215

VPSALIA, *Vpſal*, V. A. regni Sueciæ, auctoritate Eugenij III. an. 1148. illo titulo honorata. Baronij tomum XII. conſule. 222

VRATISLAVIA, *Breſlaw*, ad Oderam, Sileſię caput, V.E. ſub A. Gneſnenſi, donata eſt titulo Epiſcopali circa an. 1035. procurante Caſimiro Rege Poloniæ. 211

VRBINVM, *Vrbino*, V.A. Vmbriæ, Ducum Vrbinatium ſedes. 178

VRBS VETVS, olim OROPITVM, *Oruieto*, V.E. ditionis Pontificię, naturâ & arte munitiſſima, Romanorum Pontificum, belli tempore, refugium. 158

VRGELLA ſiue ORGELLVM, *Vrgel*, vrbs Hiſpaniæ, habet Epiſcopum Tarraconenſi A. ſuffraganeum: vt ex monumentis Eccleſiæ Tarraconenſis Romam miſſis accepimus. Errat itaque Loaiſa, in Notis ad Conc. Lucenſe, qui Vrgellenſem E. ſub Cæſarauguſtano A. collocat. 190

VRIA, *Oira* Philippo Ferrario eſt, V. A. Salentinorum. Fortè eſt ORIA, V. E. ſub A. Tarentino. 166

VRSAO, hodie OSSVNA, *Oſſuna*, vrbs Bæticæ, habet Academiam à Ioanne Tellezio Gironio, Comite Vraniæ an. 1549. excitatam. Ioannis filius Petrus Oſſu-

Oſſunæ Dux primus anno 1561. à Philippo II. Rege Catholico creatus eſt.

VTICA, *Benſert* incolis, *Biſerta* Italis, V. olim E. Africæ maritima, Catonis patria. Huius vrbis Epiſcopus fuit Victor, qui libros III. de Perſecutione Vandalicâ ſcripſit. 101

VTINVM, *Vdine*, regionis Foroiulienſis caput, V. olim E. nunc caret Epiſcopo, eſtque ditionis Venetæ, ſedes hodie Patriarchę Aquileienſis, & Collegj Patriarchalis Canonicorum. Vide AQVILEIA. 179

VTRICVLVM, quod & OTRICVLVM, & OCRICVLVM, *Otricoli*, V. olim E. Sabinorum, in colle apud Tiberim, nunc opidulum inter Feſcenniam & Narniam.

VV.

VVATERFORDIA, *VVaterford*, V. E. Hiberniȩ, ſub A. Caſſilienſi. 220

VVELLA, *VVelles*, à fontibus ſic dicta, qui paſſim in ipſâ ſcaturiunt, olim THEORODVNVM, V. E. Angliæ: vnde & Fontanenſis Eccleſia vocatur. VVellenſem, Cridienſem & Cornubienſem EE. erexit Eduardus ſenior Rex Angliæ, anno 905. Regnante deinde Henrico Primo, Ioannes Villulanus ſedem inde Bathoniam tranſtulit: quæ duæ ſedes in vnum coaleſcentes, ſuo vtraque titulo Epiſcopum ornat, ſic vt vnus idemque Bathonienſis & VVellenſis E. dicatur. 216

VVIGORNIA ſiue VIGORNIA, *VVorcheſter*, V. E. Angliæ, ſub A. Cantuarienſi. 217

VVintonia, *VVincheſter*, V. E. Angliæ: cuius loci Epiſcopus eſt Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancel-

cellarius, & Georgianis ſeu Garterij Equitibus à ſacris. 216

VVIRCEBVRGVM, Latinè HERBIPOLIS, *Wirtzburg*, V.E. Franconiæ in Germaniâ, ſub A. Moguntino. Primus Epiſcopus fuit S. Burchardus, anno 751. à S. Bonifacio A. Moguntino conſtitutus. Academiam anno 1403. Ioannes E. inſtituit, ſed quæ anno poſt ſeptimo deſiit. Reuocauit eamdem Iulius noſtrâ ætate Epiſcopus, auguſtiſſimo Athenæo à fundamentis ſuo ære excitato. 203.

VVIRTENBERGA, arx vetus, haut procul ab Elſlingâ, vrbe Imperiali: à quâ Ducatus VVirtenbergenſis in Sueuiâ, *VVurtenbergerlandt*, nomen habet; cuius caput eſt Stutgardia, Ducis ſedes. Maximilianus I. Imp. anno 1495. Eberhardum ex Comite VVirtenbergenſi primum Ducem creauit.

VVITENBERGA, *VVittenberg*, ad Albim fluuium ſita, Saxoniæ ſuperioris vrbs primaria, habet Academiam à Frederico II. Duce anno 1502. excitatam, Lutheranâ nunc hęreſi infectam.

VVITHORNA ſeu CANDIDA CASA, *VVithorn*, V.E. Gallouidiæ prouinciæ in Scotiâ, ſub A. Glaſcuenſi. Fuit olim Eboracenſi in Angliâ Archiepiſcopo ſuffraganea: vt teſtatur Guil. Malmeſburienſis lib. 3. de geſtis Pontif. Anglorum; vbi & res geſtas Epiſcoporum commemorat. 218

VVLTVRARIA, *Vulturara*, V.E. Italię, ſub A. Beneuentano. Huius vrbis Epiſcopus fuit Simon Maiolus, vir ſcriptis celebris. 171

VVORMATIA, *VVorms*, Vangionum olim caput, V.E. Germaniæ, ſub A. Moguntino. 203
VXAMA. Vide OXOMA.

Z.

ZACYNTHVS, *Zante*, maris Ionij inſula, & vrbs eiuſdem nominis in eâ, paret Venetis, habetque Epiſcopum Corcyrenſi A. ſuffraganeum, niſi fallor. 180
ZAGRABIA, ſeu SAGRABIA, *Zagrabia*, V.E. Sclauoniæ, ſub A. Colocienſi. Sedes E. huc tranſlata eſt ex vrbe Siſciâ. Vide SISCIA. 210
ZAMORA, *Zamora*, ad Durium fl. V. E. Hiſpaniæ, ſub A. Compoſtellano. Epiſcopatum inſtituit Calixtus II. circa annum 1119. petente Alfonſo VI. Rege. 188

FINIS.

CENSVRA.

HÆc Notitia Epiſcopatuum Chriſtiani Orbis, *ſtudio & labore* R.D. Auberti Miræi *S. Theologiæ Licentiati & Canonici Antuerpienſis collecta, quòd illegitimam Miniſtrorum pſeudoreformatæ Eccleſiæ miſſionem planè conuincat, ac Romanam Eccleſiam, Apoſtolicam, & numquam interruptâ Pontificum, Epiſcoporum, atque diſpenſatorum myſteriorum Dei, ſerie munitam, luculenter demonſtret, magno commodo luce donabitur. Ita cenſeo* XX. *Nouembris* M. DC. XII.

Laur. Beyerlinck, S.Theol. Licent. Canonicus & Cenſor Antuerpienſis.

NOTITIAM *hanc* Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, *à R. Domino* D. Auberto Miræo, *S. Th. Licentiato, Canonico & Sigillifero Antuerpienſi, magnâ curâ, ſingularique iudicio contextam, vt quæ maieſtatem firmitatemque Religionis noſtræ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ, eiuſque à falſis religionibus verum diſcrimen, luce meridianâ clariùs demonſtret, digniſſimam iudico quæ omnium manibus teratur. Antuerpiæ Kalendis Aprilis, anno* M. DC. XIII.

Franciſcus Hareius, S.Th.L. Cenſor.

Svmma Privilegii.

Alberti & Isabellæ Claræ Evgeniæ, Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgicæ Principum, Priuilegio cautum eſt; nequis *Notitiam Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani, in quâ Chriſtianæ Religionis amplitudo elucet, auctore Auberto Miræo S. Th. L. Canonico & Sigillifero Antuerpienſi*, præter Martinæ Plantinæ viduæ & Balthaſaris & Ioannis filiorum Ioannis Moreti p. m. voluntatem, intra ſexennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſam, in has Inferioris Germaniæ ditiones venalem importet. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XII. Octobr. M. DC. XII.

Signat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE *Buſchere.*

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD VIDVAM ET FILIOS

IOANNIS MORETI.

M. DC. XIII.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google